



2827

Z BIBLIOTEKI
SEMINARIUM
SANDOMIERSKIEGO





PROPOSITIONES
DOGMATICO-POLEMICAE
EX
UNIVERSA THEOLOGIA

QUAS PUBLICE DEFENDENDAS PROPONIT

LOTHARIUS FRANCISCUS PHILIPPUS MARX
MOGUNTINVS

CANONICUS ECCLESIAE COLLEGIATAE AD GRADUS B. M. V.

FRANCOFURTI AD MOENVM

ARTIUM LIBERALIUM, ET PHILOSOPHIAE MAGISTER

NOBILIS ALUMNUS COLLEGII GERMANICI

Facta cuique contradicendi post tertium potestate



ROMÆ MDCCLXXXVII.
APUD ALOYSIUM PEREGO SALVIONUM
TYPOGRAPHUM VATICANUM IN ARCHILYCEO ROMANO.

SUPERIORUM PERMISSU.

Z BIBLIOTEKI
SEMINARIUM
SANDOMIERSKIEGO

Attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: a fructibus eorum cognoscetis eos. *Matth. cap. VII. ver. 15. seq.* Vide Clementis XI. *Lit. Pastoralis Officii. Append. num. 1.*

Hoc... scito, quod in novissimis diebus instabunt tempora periculosa. Erunt homines seipsos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, parentibus non obediens, ingrati, scelesti, sine affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, sine benignitate, proditores, protervi, tumidi, et voluptatum amatores magis quam Dei: habentes speciem quidem pietatis, virtutem autem ejus abnegantes. Et hos devita. *II. ad Timoth. cap. III. ver. 1. seqq.*

PRÆFATIO



I ullum unquam tempus fuit, Auditores Ornatissimi, quo juvenes Ecclesiasticæ militiæ adscriptos in Dogmatico-Polemiciæ Theologiæ studium toto animo incumbere oporteret, ut deinde ab Ecclesiæ Pastoribus in partem sollicitudinis adsciti Catholicam plebem retinere, et confirmare in vera Religione possent; hoc est profecto, quo Christi navis tam immanibus undique errorum procellis, et fluctibus agitatur, ut nisi eam is, qui instituit, gubernaret, brevi naufragium factura videretur. Ut enim PII SEXTI Pontificis Maximi, qui tanta nunc vigilantia, providentiaque Christianam Rempublicam universam gerit, et quem ego non modo honoris, sed etiam grati animi causa, propter immortalia in hoc Germanicum Collegium, atque adeo in meipsum beneficia nomino, verbis utar (1): Quam multos plena fallaciis jactat ubique triumphos Philosophia, ea nimirum, quæ tam honesto vocabulo suam omnino abscondit impietatem, quantaque facilitate ad se trahit, adlicitque Populorum multitudinem? Quas animabus vero Christi sanguine redemp-

(1) In Epistola Encyclica ad Patriarchas, Primates, Archiepiscopos, et Episcopos universæ Ecclesiæ Catholiciæ die xxv. Decembris MDCCLXXV. in Typografia Rev. Cam. Apostolicæ anno 1776. impressa pag. IX.

tis *clades inferunt haeretici*, quorum (2) Sermo ut Cancer latius serpit, atque se intrudit in publicas Academias, in Magnatum Domos, in Aulas Regum, et, quod horrendum dictu prope est, etiam in Sanctuarium se insinuat?

Nam de falsis Fratribus, de domesticis Fidei hostibus, a quibus cavere est difficilius, ego quid dicam?

Non (3) mihi si centum linguae sint, oraque centum, Ferrea vox.....

omnes hujus generis hominum catervas propriis nominibus appellare, omnia eorum scelera persequi, errores omnes, insidias, artes, suis quasque veluti notis distinctas explicare omnino possim. Igitur illud brevi dicam, novos istos Religionis, non ut ipsi inflatis buccis crepant, restaurandae, sed deformandae, ac, si fieri posset, evertendae artifices, nunc pristinae fidei ab inventis novis tuendae, nunc veteris disciplinae restituendae obtentu; saepe simulata Ecclesiae defensione; plerumque civilis Reipublicae jurium studio fallaciter praetento, id potissimum agere, ac moliri, ut Sacerdotium inter, atque Imperium discordias serant, quo, perturbata Christianae Reipublicae tranquillitate, illimes credendi fontes corrumpant, et prava, perversaque dogmata impune diffundant: eosdemque praetergressos (4) quoscumque modestiae, ac debiti obsequii fines, editis, nunc certo, nunc ementito praelo, contumeliosis Libris irruere in ipsam Petri Sedem, quam Redemptor fortis Jacob posuit in columnam ferream, et in murum aeneum adversus principes

(2) Ibid. pag. XI.

anni MDCCLXVI. data ad omnes

(3) Virgilius *Aeneidum* Lib.vI. pag. mihi 198.

Episcopos, ut creditum sibi ipsis Dominicum Gregem a noxiorum Li-

(3) Clemens XIII. in Epistola Encyclica die xxv. Novembris

brorum lectione averterent.

tenebrarum , eo adductos consilio , ut , ubi Caput afflixerint , liberius Ecclesiae membra discerpant . Nimirum (5) hostis noster nocendi cupidus , et perirus , sicut decipiendis primis hominibus ministerium sibi serpentis adsumpsit , ita horum , qui dum (6) videri volunt sibi quaerere sapientiam , quia (7) non rite quaerunt , prolabuntur longius , et in tantos errores incidunt , ut etiam communem sapientiam non teneant , Linguas , Linguas sane dolosas , a quibus Animam suam liberari postulat Propheta (8) , ad seducendos Fidelium animos veneno suae falsitatis armavit . Itaque suo hi sermone humiliter (9) irrepunt , blande capiunt , molliter ligant , latenter occidunt . Quanta hinc in moribus corruptio , quanta in cogitando , loquendoque licentia ; quanta in omni actione arrogantia , et temeritas !

His ego de caussis , post scholae privatam operam , Exercitationem publicam ex Theologia universa suscepturus operae pretium me facturum putavi , si de Ecclesiae dogmatibus disputationem instituerem . Ut autem omnibus planum sit , communem Ecclesiae Catholicae doctrinam esse , quae a me ad defendendum proponitur , Theses ipsae plerumque semper verbis , aut ex Dogmaticis Romanorum Pontificum Constitutionibus ab Ecclesia universa receptis , aut ex Conciliorum praesertim Oecumenicorum seu Definitionibus , seu Professionibus Fidei , aut ex Catechismo Romano acceptis repraesentabuntur . Nec vero afferentur solum , quod caput est , auctoritates , quas singulorum Dogmatum expositio requireret , sed subjectis etiam ad-

(5) Pius Sextus in Epistola lib. III. cap. 28. Edit. Paris. 1748.
citata pag. x.

(8) Ps. CXIX. 2.

(6) Ibid. pag. ix.

(9) S. Leo M. Serm. xvi. al.

(7) Lactant. Divin. Instit. xv. cap. 3.

notationibus indicabuntur accurate loca, unde singulae excerptae sunt, ac praeterea S. Thomae Aquinatis Theologicae Summae loca, in quibus ipse Dogmata eadem diligentissime, ut solet, exposuit, et vindicavit. Ad haec Scriptores quidam nuperi, seu qui his paucis annis aliquod ex illis, quae tuenda suscipimus, Dogma oppugnare sunt aggressi, seu a quibus hi refutati sunt, quantum commode fieri poterit, identidem commemorabuntur, et loca quoque illorum insigniora quaedam refellentur. Postremo nonnulla, quae Lectorum oculis tota subjici visum est opportunum, ubi longiora fuerint, quam ut in adnotationes concludi possent, ad libri calcem pro Appendice rejicientur.

Haec habui, quae initio praedicerem. Nunc et causae bonitate, et vestra Auditores humanitate fretus susceptum a me ultro, libenterque litterarium pro Religione certamen alacer aggredior.



INDEX TRACTATUUM.

I.	De Locis Theologicis	—	—	—	—	pag. I
II.	De Deo	—	—	—	—	23
III.	De Trinitate	—	—	—	—	28
IV.	De Angelis	—	—	—	—	32
V.	De Opere sex dierum	—	—	—	—	35
VI.	De Beatitudine	—	—	—	—	39
VII.	De Actibus humanis	—	—	—	—	41
VIII.	De Peccatis	—	—	—	—	44
IX.	De Peccato originali	—	—	—	—	47
X.	De Legibus	—	—	—	—	52
XI.	De Gratia	—	—	—	—	56
XII.	De Iustificatione	—	—	—	—	59
XIII.	De Merito	—	—	—	—	64
XIV.	De Virtutibus Theologicis	—	—	—	—	65
XV.	De Jure, et Justitia	—	—	—	—	68
XVI.	De Religione	—	—	—	—	73
XVII.	De Incarnatione	—	—	—	—	76
XVIII.	De Sacramentis in genere	—	—	—	—	80
XIX.	De Baptismo	—	—	—	—	84
XX.	De Confirmatione	—	—	—	—	87
XXI.	De Eucharistia	—	—	—	—	88
XXII.	De Communione sub utraque specie, et parvulorum	—	—	—	—	92
XXIII.	De Sacrificio Missae	—	—	—	—	93
XXIV.	De Poenitentia	—	—	—	—	98
XXV.	De Excommunicatione	—	—	—	—	112
XXVI.	De Indulgentiis	—	—	—	—	115
XXVII.	De Extrema Unctione	—	—	—	—	119
XXVIII.	De Ordine	—	—	—	—	121
XXIX.	De Matrimonio	—	—	—	—	124
XXX.	De statu animae humanae post separationem a corpore, Resurrectione corporum, extremo Judicio, et Beatitudi- nis, ac Poenarum aeternitate	—	—	—	—	128

IV

INDEX TRACTATUM

Sicut praediximus, et nunc iterum dico: Si quis vobis evangelizaverit praeter id, quod accepistis, anathema sit. *Ad Galatas cap. I. ver. 9.*

Non dixit: Si quis vobis adnuntiaverit praeterquam quod accepistis, benedictus sit, laudetur, recipiatur: sed, *Anathema sit*, inquit, id est, separatus, segregatus, exclusus; ne unius ovis dirum contagium, innoxium gregem Christi venenata permixtione contaminet. . . . Adnuntiare ergo aliquid Christianis Catholicis praeter id quod acceperunt, nunquam licuit, nusquam licet, nunquam licebit: et anathematizare eos, qui adnuntiant aliquid praeterquam quod semel acceptum est, nunquam non oportuit, nusquam non oportet, nunquam non oportebit. Quae quum ita sint; est ne aliquis tantae audaciae, qui praeter id quod apud Ecclesiam adnuntiatum est, adnuntiet? vel tantae levitatis, qui praeter id quod ab Ecclesia accepit, accipiat? Clamat, et repetendo clamat, et omnibus, et semper, et ubique per litteras suas clamat ille, ille vas electionis, ille Magister Gentium, ille Apostolorum tuba, ille terrarum praeco, ille coelorum conscius; ut si quis novum dogma adnuntiaverit, anathematizetur. Et contra reclamant ranae quaedam, et cyniphe, et muscae moriturae, quales sunt Pelagiani (*et nunc novi ex Wicleffi, Lutheri, Quesnelli, Grotiique, et Puffendorffii disciplina Pseudo-theologi, et Pseudo-canonistae, veluti Auctores Foliorum hoc titulo impressorum: Annali Ecclesiastici Seculo XVIII. etc., qui Annales inaudito ante haec tempora in Italia licentiae exemplo, contra humanas omnes, Divinasque leges, quibus libelli Religionis doctrinae, bonisque moribus infesti, atque in Principes, praesertim supremas, maledici gravissimis poenis interdicuntur, turpissimi quaestus faciendi causa publicantur, etc. etc.*) et hoc Catholicis. Nobis, inquit, auctoribus, nobis principibus, nobis expositoribus, damnate quae tenebatis; tenete quae damnabatis; rejicite antiquam fidem, paterna instituta, Majorum deposita: et recipite; Quenam illa tandem? Horreo dicere. S. Vincentius Lirinensis Commonitorii Edition. Rom. 1765. num. 13. seq. pag. 28. seqq.



§. I.

DE LOCIS (1) THEOLOGICIS

I.



Nus (2), atque idem Deus veteris, et novi Testamenti, hoc est Legis, et Prophetarum, atque Evangelii est auctor, quoniam, eodem Spiritu Sancto inspirante, utriusque Testamenti Sancti loquuti (3) sunt.

II. Horum vero libri, quos Tridentina Synodus (4), cui S. Innocentius I. Pont. (5) Max., Synodique Laodice-

(1) Melchior Canus in aureo *litescant, scilicet 1. auctoritatem De Locis Theologicis Opere Lib. I. Sac. Scripturae, quae libris Canonicis continetur, 2. auctoritatem cap. ult. Edit. Patav. 1734. pag. 2. Traditionum Christi, et Apostolorum, 3. auctoritatem Ecclesiae Ca-*

na (6), Carthaginensis (7) III, Romana, Praeside Gelasio (8) I., et Florentina (9) Oecumenica praeiverant,

tholicae, 4. auctoritatem Conciliorum, praesertim generalium, 5. auctoritatem Ecclesiae Rom., quae divino privilegio et est, et vocatur Apostolica. 6. Auctoritatem Sanctorum veterum, 7. auctoritatem Theologorum Scholasticorum, quibus adjungit etiam Juris Pontificii peritos, 8. rationem naturalem, 9. auctoritatem Philosophorum 10. humanae historiae auctoritatem. Nos pro instituti nostri, ac temporis ratione de septem priorum dumtaxat locorum auctoritate quaeremus.

(2) Eugenius IV. in Decreto pro Jacobinis dato Florentiae in publica Sessione Synodali solemniter in Ecclesia domus S. Mariae Novellae celebrata anno Incarnationis Dominicae 1431. pridie Nonas Februarii, Collectionis Conciliorum, curante Nicolao Coem editae Venetiis anno 1728. seqq. Tom. XVIII. col. 1222. De quo quidem Decreto legenda plane sunt, quae ex Concilii Tridentini Actis referuntur Tom. eod. col. 1219. seqq.

(3) Confer Concilium Tridentinum Sess. IV. in Decreto De Canonis Scripturis.

(4) In Decret. cit.

(5) S. Innocentius I. Epist. 111. ad Exuperium Episcopum Tolo-

sanum cap. VII. Concil. Tom. III. col. 15. Can. LX. Concil. Tom. I. col. 1539. seqq. In hoc tamen Canone desiderantur duo primi libri Machabaeorum. Qua de re vide Seedorffium in Praefat. ad epistolas Polemicas, quae Italice redditae editae fuerunt Florentiae 1754. p. 4. seqq.

(6) Cap. XLVII. Concil. T. II. col. 1402.

(7) In Ordine, seu notitia librorum Veteris, et Novi aeterni Testamenti praeposita Decreto De Apocryphis Scripturis Concil. Tom. V. col. 385., et in Joannis Dominici Mansii Supplemento ad Concilia Veneto-Labbeana Edit. Lucensis 1748. Tom. I: col. 358. seqq.

(8) In Decreto pro Jacobinis ab Eugenio IV., ea approbante, edito Concil. Tom. XVIII. col. 1222.

(9) Quanta injuria receptum, confirmatumque a Tridentinis Patribus divinorum librorum Canonem reprehendant haeretici, demonstratum est a Melchiore Cano De Locis Theologicis Lib. II. cap. IX. a Ven. Card. Bellarmino De Verbo Dei Lib. I. cap. VII. seqq., a Gravesonio in Tractatu De Scriptura sacra Parte II. et III., a Calmeto in Prolegomenis, et Dissertationibus ad singulos Vete-

pro sacris et canonicis suscepit, indictaque anathematis poena, suscipiendos decrevit, sunt infra scripti: Testamenti veteris: Quinque Moysi, idest Genesis, Exodus, Leviticus, Numeri, Deuteronomium: Josue, Judicum, Ruth: Quatuor Regum: Duo Paralipomenon: Esdrae primus, et secundus, qui dicitur Nehemias: Thobias, Iudith, Esther, Job, Psalterium Davidicum centum quinquaginta Psalmorum, Parabolae, Ecclesiastes, Canticum Canticorum, Sapientia, Ecclesiasticus, Isaias, Jeremias cum Baruch, Ezechiel, Daniel: Duodecim Prophetae minores, idest, Osea, Joel, Amos, Abdias, Jonas, Michaeas, Nahum, Habacuc, Sophonias, Aggaeus, Zacharias, Malachias: Duo Machabaeorum primus, et secundus. Testamenti novi: Quatuor Evangelia, secundum Matthaeum, Marcum, Lucam, et Joannem: Actus Apostolorum a Luca Evangelista conscripti: Quatuordecim Epistolae Pauli Apostoli: Ad Romanos, duae ad Corinthios, ad Galatas, ad Ephesios, ad Philippenses, ad Colossenses, duae ad Thessalonicenses, duae ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem, ad Hebraeos: Petri Apostoli duae: Joannis Apostoli tres: Jacobi Apostoli una: Judae Apostoli una: et Apocalypsis Joannis Apostoli.

III. Atque ipsos quidem libros eadem Tridentina Synodus, *Novique Testamenti Libros* a Wernsdorffiiis, et Christ. Matth. Turneminio in Dissertatione inserta Pfaffio ex eadem secta homine, strenue vindicatam fuisse a Proelichio in *Exam. Prolus. Wernsd.*, a Khellio in Opere, cui titulus *Auctoritas utr. libri Machab. Canonico-Histor. adserta*, et a Seedorffio in *Praefat. cit.*, fusius vero epist. 2, quibus Pfaffium confutavit.

nodus (10) suscepit , et ab omnibus , qui Catholici esse vellent , suscipiendos decrevit , integros cum omnibus suis partibus , prout in Ecclesia Catholica legi consueverunt , et in veteri vulgata Latina Editione habentur .

IV. Ex omnibus (11) Latinis Editionibus , quae circumferuntur , sacrorum librorum vetus et vulgata Editio longo tot seculorum usu in Catholica Ecclesia probata , pro authentica habenda est .

V. Traditiones (12) tum ad fidem , tum ad mores , pertinentes , quae ipsius Christi ore ab Apostolis acceptae , aut ab ipsis Apostolis , Spiritu Sancto dictante , quasi per manus traditae , ad nos usque pervenerunt , pari pietatis affectu , ac reverentia cum libris sacris suscipiendae sunt , et venerandae , et alienus a Catholicae Ecclesiae commu-
nitione censendus , qui eas sciens et prudens contempserit .

VI. Ecclesia (13) Catholica errare non potest in fi-

(10) In Decreto cit.

(11) Concil. Trid. Sess. IV. in Decreto de Editione , et usu Sacrorum Librorum . Vide Melchiorem Canum De Locis Theologicis lib. II. cap. IV. , Bellarminum De Verbo Dei lib. II. cap. X. seqq. Nicolajum Tom. I. Dissertat. et Lect. Biblicarum Dissert. II. , alios .

(12) Concil. Trid. Sess. IV. in Decreto de Canonis Scripturis . Legito Melchiorem Canum lib. III. de Locis Theologicis Bellarminum De Verbo Dei non scripto Lib. IV. cap. IV. seqq. Bratres Adrianum , et Petrum de Wallemburch in Tra-

ctatibus De Controversiis Fidei , Nativitatem Alexandrum , in Hist. Eccl. Saec. II. Dissert. XVI. de Traditionibus non scriptis , earumque necessitate , et auctoritate , Mansium in not. ad eandem Dissertationem , et Seedorffium in Gallicis Epistolis Manhemii vulgatis 1754. adversus Pfaffium Tubingensis Accademiae Cancellarium .

(13) Cath. Rom. Par. I. cap. X. De IX. Symboli Articulo n. 18. Vide Melchiorem Canum de Locis Theologicis lib. IV. , et Polemicos Theologos , ubi de Ecclesia disputant .

dei , ac morum disciplina (14) tradenda , cum Spiritu Sancto gubernetur :

VII. Ejusque (15) est judicare de vero sensu , et interpretatione Scripturarum Sanctarum .

VIII. Quapropter saluberrime Tridentini Patres (16) sanxerunt , ut nemo suae prudentiae innixus , in rebus fi-

(14) Cum dicimus Ecclesiam Catholicam in fidei , ac morum doctrina tradenda errare non posse , secuti Melchiorem Canum *lib. cit. cap. IV. , pag. 118.* , Ecclesiae nomine intelligimus non ipsam modo Catholicorum omnium concionem , verum etiam principes , ac praefectos Ecclesiae , in quibus scilicet Reipublicae hujus auctoritas potissimum residet , eosdemque sive in Synodo oecumenica congregatos , sive dispersos . Etenim magnis in erratis est novorum Dogmatistarum sententia , qui universe constituunt , quod ab Ecclesia instituto judicio in Synodo oecumenica finitum non fuerit , id esse ex serie rerum , quae ad fidei doctrinam spectent , delendum , neque contineri doctrina Religionis , quam sequi quemque oportet . Vide Cl. Thomam M. Marnichium Ord. Praed. Theologum Casanatenensem nunc S. P. A. Magistrum *De animabus justorum in sinu Abrahae , ante Christi mortem expertibus beatae visionis Dei lib. I. cap. II. Tom. I. pag. 114. seqq. et*

epist. ad Iustinum Febronium Juris consultum lib. III. epist. IV. Etsi autem Ecclesiam in judicio ferendo de factis tantum humanis errare posse fateamur , nihilominus eam in judicio ferendo de facto dogmatico errori obnoxiam esse inficiamur , atque idcirco cum Orthodoxis omnibus libellum , cui titulus : *Lettera sulla fallibilità della Chiesa sulle cose di fatto* insertum Tom. V. num. 2. Opusculorum Pistorii Editorum mendacissima ista inscriptione . *Raccolta di Opuscoli interessanti la Religione in Pistoja nella Stamperia d'Alto Bracali* , et alium Tom. XII. ejusdem Collectionis num. V. hoc titulo *Memoria , in cui si prova , che le Decisioni dei Concilii , e dei Papi non sono infallibili nelle questioni di fatto* , diris devovemus .

(15) Concil. Trid. Sess. IV. in Decreto De editione , et usu sacrorum librorum .

(16) In Decreto cit. Confer SS. D. N. Pii Sexti Litteras , quas damus Append. num. v.

dei, et morum ad aedificationem doctrinae Christianae pertinentium, sacram Scripturam contra eum sensum, quem tenuit, et tenet sancta Mater Ecclesia, interpretari audeat, etiamsi hujusmodi interpretationes nullo unquam tempore in lucem edendae forent.

IX. Nulli (17) intra Catholicam Ecclesiam non existentes non solum pagani, sed nec Judaei, aut haeretici, atque schismatici, aeternae vitae fieri possunt participes, sed in ignem aeternum ibunt, qui paratus est diabolo, et angelis ejus, nisi ante finem vitae eidem fuerint aggregati; tantumque valet Ecclesiastici corporis unitas, ut solum in ea manentibus ad salutem Ecclesiastica Sacramenta proficiant, et jejunia, eleemosynae, ac cetera pietatis officia, et exercitia militiae Christianae praemia aeterna parturiant; et nemo, quantascumque eleemosynas fecerit, etsi pro Christi nomine sanguinem effuderit, potest salvari, nisi in Catholicae Ecclesiae gremio et unitate permanserit.

X. In Catholicae (18) autem Ecclesiae gremio, et unitate non manet, qui cum omni devotione, et reverentia non suscipit, et acceptat quidquid tenet, et docet sancta Sedes Apostolica, et Romana Ecclesia caput, fons, radix, matrixque Ecclesiasticae (19) unitatis, ad quam (20) omnem Ecclesiam, eos scilicet, qui sunt undi-

(17) Eugenius IV. in Decreto pro Iacobinis Concil. Tom. XVIII. col. 1225.

(18) Vide Decretum indicatum Eugenii IV. col. 1227. seq., et formam Professionis fidei a Pio IV. praescriptam Const. Injunctum nobis. Concil. Tomo XX. col. 220. seqq.

(19) S. Cyprianus *epist. XLV. ad Cornelium edit. Venet. 1728. col. 133.*, et *epist. LV. ad eundem col. 183.*, tum *epist. LXX. ad Ianuarium col. 270.*, et *epist. LXXIII. ad Iubajanum col. 280.*

(20) S. Irenaeus *Lib. III. adversus haereses cap. III. num. I. Edit. Paris. 1710. pag. 175. seq.*

que fideles, convenire necesse est, et pro reprobatis, et damnatis non habet quascumque personas, et quidquid eadem Romana Ecclesia, radix (21) veritatis, reprobat, et (22) damnat.

(21) Optatus Milevitanus *adversus Parmenianum Lib. II. Edit. Paris. 1676. pag. 37.* Vide SS. D. N. Pii Sexti Litteras Append. num. 8.

(22) Igitur non manent in Catholicae Ecclesiae gremio, et unitate novi dogmatistae, qui non modo *cum omni devotione, et reverentia non suscipiunt, et acceptant, quidquid tenet, et docet S. Sedes Apostolica, nec pro reprobatis: et damnatis habent quascumque personas, et quidquid eadem Romana Ecclesia reprobat, et damnat*, verum etiam palam, aperteque rejiciunt, quae ipsa tenet, ac docet, et personas erroresque ab eadem reprobatos, et damnatos incredibili pervicacia tumentur, et latius propagare nituntur. Quae res ex teterrima illa libellorum, quos maximo Christiani populi detrimento vulgarunt, et vulgant, colluvie plane constat. In his namque libellis improbatae ab Apostolica Sede, atque adeo, et Catholica Ecclesia sententiae propugnantur, proscriptaque gravissimo ejusdem Sedis judicio pestilentissima Opera, et summis laudibus celebrantur, et Fidelibus le-

genda proponuntur. Vide, si licet Folia hoc titulo impressa: *Annali Ecclesiastici. Secolo XVIII.* Reliqua (*Continuazione degli Annali Ecclesiastici*) quaeque desinunt: *Giuseppe Pagani Gazzettiere in Firenze è il Dispensatore degli Annali Ecclesiastici*; et Folia, quorum titulus: *Giornale Letterario: Tros Tyriusve mihi nullo discrimine agetur. Virg. Aeneid.*, et desinunt: *Alli Confini d'Europa. Anton Graziosi Stampatore, e Negoziante de' Libri in Venezia*, et Resolutiones ad casus conscientiae discussos in Civitatibus, et Dioecibus Pistoriensi, et Prateni, et Collectionem Opusculorum Pistorii, quae Collectio maximam partem ex Opusculis jam pridem ab Apostolica Sede perpetua infamia notatis conflata est, ejusmodi ex. gr. sunt *Tom. I. n. V.* „ Istruzione sulla Grazia secondo „ la Scrittura, ed i Padri del „ Sig. Arnaldo Dottore di Sorbo- „ na „. *Tom. III. num. II.* „ Princi- „ pj sull'essenza, sulla distinzione, „ e su i limiti delle due Potestà, „ spirituale, e temporale „: in quo Opere, ut scribit Benedictus

XIV. in Epistola Encyclica ad Primum, Archiepiscopos, et Episcopos Regni Polloniae obtruduntur propositiones captiosae, et falsae, impiae quoque, et erroneae, alias damnatae, et haereticae, Ecclesiae vero maxime injuriosae, ejusque potestatis, jurium, et libertatis quantum in ipsis est prorsus essentialivae. His adde Opuscula omnia, quibus Fideles a debita obedientia Constitutioni Unigenitus praestanda alienantur (Vide not. 5. ad Clementis XI. Litteras Append. num. 1. De istis enim in Decretis *De Libris prohibitis, nec in Indice nominatim expressis* Indici eidem praemissis §. II. num. 6. novissimae editionis pag. XXI. sic cavetur „ De „ Constitutione Unigenitus Clementis XI. libri, aliaque scripta, in quibus illa subdole eluditur, temere carpitur, aut contemnitur, aut impugnatur. Item libri, si- ve libelli vel scripti, vel typis editi, aut edendi in defensionem Libri inscripti: *Le Noaveau Testament en Francois avec des Reflexions morales sur chaque verset*: aut alio titulo: *Abregè de la Morale de l'Evangelic &c.* Item Actus, sive Instrumenta Appellationum quaecumque a Constitutione Unigenitus ad Concilium generale; nec non judicia Theologorum, aut Facultatum Theologicarum, „ sive Academicarum; earumque „ Deliberationes, Consultationes, „ Acta, Decreta, quorumcumque „ etiam aliorum Mandata, Ordinationes, Arresta, Epistolae; Interpretationes etiam, et Declarationes, ac scripta quaelibet, quibus „ explicationis aut alio quovis praetextu aliquid dicitur, vel scribitur, quo dictae Constitutionis „ robur, atque auctoritas, et obligatio minui, aut infringi possit „. Nec praetereundum quod in Instructione Clementis VIII. auctoritate, regulis Indicis adjecta *de Prohibitione librorum* §. VI. habetur: „ In „ universum... de malis, et perniciosis libris id declaratur, atque „ statuitur, ut qui certa aliqua lingua initio editi, et deinde „ prohibiti, ac damnati a Sede Apostolica sunt; iidem quoque „ in quamcumque postea vertantur „ linguam, censeantur ab eadem Sede, ubique gentium sub „ iisdem paenis interdicti, et damnati „. Quis igitur ferat incredibilem, vel inscitiam, vel impudentiam Auctoris libelli inscripti „. *Risposta di Giannaria Mastripietri a un Libercolo intitolato: Lettera d'un Ecclesiastico Italiano diretta a Monsignor Scipione de Ricci Vescovo di Pistoja e Prato* 1786. „ qui pag. 52. scribere non veretur: „ Il paciario, e il me-

XI. Quod Concilium (23) generale universalem Eccle-

diatore per addattarmi ai vostri
 Pregiudizj (*praejudicium ne est Su-*
premi Ecclesiae Pastoris judicium
vereri? Os impudens!) sarà l'In-
 dice dei Libri proibiti. Questo
 Indice è un pò arbitrario, e di
 mala fede (*mentiris*) ma piace a
 voi (*Quid ni placeat? cum om-*
nibus, qui Catholici et dicuntur,
et sunt, non possit non placere)
 addatiamoci al vostro gusto. O
 sentite. Nell' Indice de' libri
 proibiti nello Stato del Papa
 (*quasi nempe pravorum, et fi-*
dei, morumque doctrinae exitio-
sorum librorum lectio hominibus
dumtaxat, qui in Pontificia di-
tione versantur, non Christianis
omnibus interdiceretur) vi do-
 vrebbero mettere sicuramente i
 Libri tendenti ad atterrare le
 più sode Cattoliche verità dog-
 matiche, e, molto più l'empietà
 e le bestemmie non inferiori a
 quelle dei più disperati Eresiar-
 chi (*Fatemur. Verum libri, et-*
si pravissimi, priusquam in da-
mnatorum Indicem referantur,
summa maturitate expenduntur.
Itaque proscribuntur, sed tempo-
re. Quid quod nonnisi perraro
Opera generalibus Decretis pro-
scripta nominatim damnari, quae-
que olim nominatim improbata

sunt, novo Decreto improbari con-
sueverunt? Jam vero liquet, om-
nes fere libros, qui ex Bracha-
liana typographia prodierunt, hu-
jus generis esse) ma, non vi han-
 no messo alcun libro stampato
 da Bracali, benchè tutti abbian
 corso per Roma, e sieno stati
 letti con avidità, (*ab aliquibus*
tui similibus, iisque paucis, quos
SS. D. N. Pii Sexti patientia
adhuc ad poenitentiam expectat;
nam ceteri eos vel non legerunt,
vel si legerunt stomachantes, dete-
stantesque vestram temeritatem,
impietatemque legerunt) dunque
 i libri di Bracali non sono tanto
 brutti, quanto ce li dipingete, ma
 anzi sembrano garantiti da una taci-
 ta approvazione dell'istesso P.Ma-
 macchi,, . Scilicet libellos, quos
 publice execratur, et gravissimis vo-
 luminibus concidit, tacite Mاما-
 chius approbat. Insanum caput!

(23) Martinus V. *Constit. In-*
ter cunctas. Concil. Tom. XVII. col
 760. Quid autem Concilii genera-
 lis universalem Ecclesiam represen-
 tantis nomine intelligatur, et quan-
 do certam fidem faciat Catholicorum
 dogmatum explicat Canus *de*
Locis Theologicis Lib. V. Confer Bel-
 larminum et Polemicos caeteros de
 Conciliis.

siam repraesentans, approbavit, et approbat in favorem fidei, et ad salutem animarum, hoc est ab universis Christianifidelibus approbandum, et servandum, et quod condemnavit, vel condemnat esse fidei, vel bonis moribus contrarium, hoc ab iisdem est tenendum pro condemnato, credendum, et (24) asserendum.

XII. Iam vero Romanus (25) Pontifex pro tempore existens, tamquam auctoritatem super omnia Concilia habens, Conciliorum indicendorum, transferendorum, ac dissolvendorum plenum jus, et potestatem habet.

XIII. Quin etiam quod (26) firmavit in synodo Sedes Apostolica, hoc robur obtinuit, quod refutavit, habere non potuit firmitatem.

(24) Inter Lutheri articulos a Leone X. damnatos *Constit. Exurge Domine Concil. Tom. XIX. col 1049. seqq.* hi sunt *num. XXIX.*
„ Via nobis facta est enervandi
„ auctoritatem Conciliorum, et li-
„ bere contradicendi eorum gestis,
„ et judicandi eorum decreta, et
„ confidenter confitendi, quidquid
„ verum videtur, sive probatum
„ fuerit, sive reprobatum a quo-
„ cumque Concilio; et *num. XXX.*
„ Antiqui articuli Joannis Hus con-
„ demnati in Concilio Constantien-
„ si sunt Christianissimi, verissimi,
„ et Evangelici, quos nec univer-
„ salis Ecclesia posset damnare „
De novis Dogmatistis nihil atti-

net dicere. Nam ex iis, quae de Indulgentiis, de Excommunicatione atque aliis Catholicae doctrinae capitibus, et de Constitutione *Unigenitus* tradunt, plane intelligitur quanti auctoritatem Conciliorum pendant.

(25) Leo X. *Constit. Pastor bonus in Concilio oecumenico Lateranensi V. sess. XI. Sacro approbante Concilio lata Concil. Tom. XIX. col 967.*

(26) Gelasius I. *de Anathemate Concil. Tom. V. col. 356.* Vide alia Romanorum Pontificum, et veterum Scriptorum testimonia a nobis allata in Exercitatione *De Suprema Romani Pontificis in Ecclesiam*

XIV. Quamobrem consueverunt (27) antiquorum Conciliorum Patres pro eorum , quae in suis Conciliis gesta

universam potestate anno 1776. typis impressa *cap. IV. num. VI.*
 (27) Leo X. *Constit. cit. col. 968.* Neque vero eorum tantum decretorum, quibus controversiae de fidei, aut morum doctrina finiebantur, sed illorum etiam, quibus Ecclesiae disciplina sanciebatur, confirmationem ab Apostolica Sede Oecumenica concilia, quibus per se Romanus Pontifex non praefuit, postularunt. Mentitur porro, ut saepe alias, ita *pag. 5. seq.* Auctor libelli, cui titulus: *Concilij, et Synodi tenuti in Firenze dall' Anno MLV. all' Anno MDCCLXXXVII.* scribens, L'Istoria dei Concilij Generali somministra chiari esempi, e dimostra abbastanza, che il solo Sovrano può esaminare, rivedere, approvare, e cassare le decisioni del Sinodo: infatti la discordia fra il Sacerdozio, e il Principato, si è tanto inoltrata, che non pochi fanatici, ciecamente seguono le massime inventate dall' adulazione, e dalla cupidigia; (*Haec tui tuique similium sunt, in quos illa quadrant S. Judae in epistola Catholica ver. 16.* „ Hi sunt „ murmuratores quaerulosi, secundum desideria sua ambulantes, et

„ os eorum loquitur superba, miserantes personas quaestus causa. „); e siccome è stato uso inveterato della Curia Romana, di promuovere coloro che sostenevano i diritti delle Decretali, o falsi, o veri, che fossero, così non piccolo dubbio sarebbe, che sotto il velo della Religione si attentasse alla potestà Reale pel proprio interesse; Laonde il giusto freno alla smoderata ambizione è solo quello, di porre sotto gli occhi de' Principi le decisioni dei Pastori di Pecore, Noi tralasciamo il lungo novero dei Sovrani, che hanno ciò comandato, dei Pontefici, che vi hanno aderito, e dei Vescovi che hanno obbedito; poichè la Disciplina Ecclesiastica non è Articolo di Fede, e ove la Fede non trionfa, trionfar dee la ragione „ - *Quot verba, tot mendacia, et quidem centies refutata. Vide Cl. Bianchium Della Potestà, e della Polizia della Chiesa Trattati due contro le nuove opinioni di Pietro Giannone, et Cl. Mamachium in epistolis ad Febronium, et ad Auctorem Anonymum Opusculi; Quid est Papa?*

fuerant , corroboracione , a Romano Pontifice subscriptionem , approbationemque humiliter petere , et obtinere .

XV. S. Petrus (28) a Christo fuit Vicarius constitutus quando sibi totius gregis Dominici curam commisit ,

(28) Joannes XXII, *Const. Licet* juxta apud Rainaldum *ad an. 1322. num. XXVII. seqq. Annal. Eccles. Edit. Lucens. Tom. XXIII. p. 347. seqq.* , in qua Constitutione hos Marsilii Patavini , et Joannis de Janduno articulos , „ Videlicet , „ quod illud , quod de Christo legitur in Evangelio Beati Matthaei , quod ipse solvit tributum Caesari , quando staterem sumptum ex ore piscis , illis , qui petebant didrachma jussit dari , hoc fecit non condescensive , et liberalitate suae pietatis , sed necessitate coactus ; item quod Beatus Petrus Apostolus non fuit plus caput Ecclesiae , quam quilibet aliorum Apostolorum , nec habuit plus auctoritatis , quam habuerunt alii Apostoli , et quod Christus nullum caput dimisit Ecclesiae , nec aliquem fecit Vicarium suum ; rursus , quod ad Imperatorem spectat corrigere Papam , et punire , ac instituire , et destituere ; adhuc quod omnes Sacerdotes , sive sit Papa , sive Archiepiscopus , sive Sacerdos simplex quicumque , „ sunt aequalis auctoritatis , et jurisdictionis ex institutione Christi , sed quod unus habet plus alio , hoc est secundum quod Imperator concessit plus vel minus , et sicut concessit revocare potest ; Ultimo quod Papa , vel tota Ecclesia simul sumpta nullum hominem quantumcumque sceleratum potest punire punitione coactiva , nisi Imperator daret eis auctoritatem , velut Sacrae Scripturae contrarios , et fidei Catholicae inimicos , haereticos , seu haereticales , et erroneos ; nec non , et praedictos Marsilium , et Johannem haereticos , imo haeresiarchas fore manifestos , et notorios sententialiter *declarat* , articulosque , ac librum praedictos , nec non et quamcumque aliam Scripturam continentem eodem ; praedictos quoque Marsilium , et Iohannem , ut haereticos manifestos , et notorios , imo ut haeresiarchas potius *reprobat* , et sententialiter *condemnat* . „ His adde Joannis Hus artic. VII. *Petrus non est , nec fuit caput Ecclesiae S. Catholicae* .

et per consequens rector, et caput gregis ipsius institutus est, et vocatus.

XVI. Ex quibus (29) sequitur, quod sibi a Christo amplior, quam aliis Apostolis, attributa fuerit auctoritas, et potestas.

XVII. Romanus (30) Pontifex in universum orbem

(29) Ioannes XXII. *Const. cit.* Confer Decretum Sacr. Rom., ac universalis Inquisitionis die 29. Ianuarii an. 1647. editum, in quo Innocentius X., Propositionem hanc:
„ S. Petrus, et S. Paulus sunt duo
„ Ecclesiae Principes, qui unicum efficiunt. Vel: sunt duo Ecclesiae Catholicae Coriphaei, ac Supremi Duces summa inter se unitate conjuncti. Vel: sunt geminus Universalis Ecclesiae vertex, qui in unum divinissime coaluerunt. Vel: sunt duo Ecclesiae Summi Pastores, ac Praesides, qui unicum caput constituunt, ita explicatam, ut ponat omnimodam aequalitatem inter S. Petrum, et S. Paulum, sine subordinatione, et Subjectione S. Pauli ad S. Petrum in potestate suprema, et regimine universalis Ecclesiae, haeticam censuit, et declaravit „.

(30) Synodus Florentina Oecumenica in *Definitione Concil. Tom. XVIII. col. 526. seq.* Huc pertinent articuli Wicleffi, Hus, et Lutheri, illi quidem a Constantiensi

Synodo, et Martino V., hi vero a Leone X. *Const.* Exurge Domine, damnati, scilicet Wicleffi xxxvii.
„ Ecclesia Romana est Synagoga
„ Satanae, nec Papa est proximus,
„ et immediatus Vicarius Christi,
„ et Apostolorum „ et xli. „ Non
„ est de necessitate salutis credere Romanam Ecclesiam esse supremam inter alias Ecclesias „.
Hus ix. „ Papalis dignitas a Caesare inolevit, et Papae perfectio, et institutio a Caesaris potentia emanavit „. X. „ Nullus sine revelatione assereret rationabiliter de se, vel alio, quod esset caput Ecclesiae particularis, nec Romanus Pontifex est caput Romanae Ecclesiae particularis „.
xi. „ Non oportet credere, quod iste quicumque est Romanus Pontifex, sit caput cujuscumque particularis Ecclesiae Sanctae, nisi Deus eum praedestinaverit „.
xxvii. „ Non est scintilla apparentiae, quod oporteat esse unum caput in spiritualibus regens Ecclesiam, quod semper cum Ec-

primatum tenet ; est successor B. Petri Principis Apostolorum, et verus Christi Vicarius, totiusque Ecclesiae caput, et omnium Christianorum pater, et doctor, et ipsi in B. Petro pascendi, regendi, et gubernandi universalem Ecclesiam a Domino Nostro Jesu Christo plena potestas tradita est.

„ clesia ipsa militante conversetur, „ re, praesertim in re non necessa-
„ et conservetur „ . xxviii. „ Chri- „ ria ad salutem, donec fuerit per
„ stus sine talibus monstruosis ca- „ Concilium universale, alterum re-
„ pitibus, per suos veraces disci- „ probatum, alterum approbatum „
„ pulos sparsos per orbem terra- „ Vide Melchiorem Canum *de Locis*
„ rum melius suam Ecclesiam re- „ *Theologicis Lib. VI. Natalem Ale-*
„ gularret, „ et xxix. „ Apostoli, „ xandrum *in Hist. Eccl. Saeculi I.*
„ et fideles Sacerdotes Domini stre- „ *Dissert. IV. de S. Petri, et Roma-*
„ nue in necessariis ad salutem re- „ *norum Pontificum Primatu*, et il-
„ gularunt Ecclesiam, antequam „ los, qui nostra aetate confutarunt
„ Papae officium foret introductum ; „ tot perversos Libellos ad Romani
„ sic facerent deficiente per sum- „ Pontificis auctoritatem, si fieri pos-
„ me possibile Papa usque ad diem „ set, labefactandam maximo Chri-
„ iudicii „ . Et Lutheri xxv. „ stiani populi detrimento editos,
„ manus Pontifex Petri successor, „ praesertim vero Mamacchium *Ori-*
„ non est Christi Vicarius super „ *ginum, et Antiquitatum Christia-*
„ omnes totius mundi Ecclesias ab „ *narum tom. V. part. I.* et in epi-
„ ipso Christo in B. Petro insti- „ stolis *ad Justinum Febronium Juris*
„ tutus „ . xxvii. Certum est in „ *Consultum de ratione regendae Chri-*
„ manu Ecclesiae, aut Papae pror- „ *stianae Reipublicae, deque Legiti-*
„ sus non esse statuere articulos „ *ma Romani Pontificis Potestate, et*
„ fidei, imo nec Leges morum, seu „ *ad Auctorem Anonymum Opusculi*
„ bonorum operum „ . Atque xxviii. „ *inscripti. QUID EST PAPA?* quas
„ Si Papa cum magna parte Eccle- „ sub *Pisti Aleghini* nomine hoc ip-
„ siae sic, vel sic sentiret, nec etiam „ so anno vulgavit. Confer SSm̄i
„ erraret, adhuc non est peccatum „ Domini Nostri Pii Sexti Litteras
„ aut haeresis contrarium senti- „ Appendicis ad has Theses num. viii.

XVIII. Hinc non (31) Nicaena, non denique ulla Synodus quodquam Romanae contulit Ecclesiae privilegium, quae in Petro noverat, eam totius jura potestatis pleniter meruisse, et cunctarum Christi ovium regimen accepisse; sed ejus auctoritatem (32), utpote Apostolorum omnium Principis, semper omnis Catholica Christi Ecclesia, et universales Synodi fideliter amplectentes, in cunctis sequutae sunt, omnesque venerabiles Patres

(31) Nicolaus I. *epist. VIII. ad Michaelem Augustum Concil. Tom. IX. col. 1335.*, qua in Epistola verbis, quae attulimus, haec praemittit *col. 1334.* „ Si..... „ contra privilegia Ecclesiae Romanae nisus vestros erigitis, cavete, ne super vos convertantur. Durum quippe est vobis contra stimulum calcitrare. Porro si nos non audieritis, restat ut sitis apud nos necessario, quales Dominus noster Jesus Christus hos haberi praecepit, qui Ecclesiam Dei audire contempserint, praesertim cum Ecclesiae Romanae privilegia, Christi ore in beato Petro firmata, in Ecclesia ipsa disposita, antiquitus observata, et a sanctis universalibus synodis celebrata, atque a cuncta Ecclesia jugiter venerata, nullatenus possint minui, nullatenus infringi, nullatenus commutari, quoniam fundamentum quod Deus posuit, humanus non valet amo-

„ vere conatus: et quod Deus statuit, „ firmum, validumque consistit. Illeque potissimum peccat, qui Dei ordinationi resistere tentat, Privilegia inquam, istius sedis, vel ecclesiae perpetua sunt: divinitus radicata, atque plantata sunt: impingi possunt, transferri non possunt, trahi possunt, evelli non possunt. Quae ante imperium vestrum fuerunt, et permanent, Deo gratias, hactenus illibata, manebuntque post vos, et quousque Christianum nomen praedicatum fuerit, illa subsistere non cessabunt immutata. „

(32) S. Agatho in *Epist. ad Constantinum Imperatorem, atque ad Heraclium, et Tiberium Augustum recitata actione IV. Concilii Constantinopolitani OEcumenici III. Concil. Tom. VII. Colum. 659.* Pergant nunc novi Dogmatistae Pseudo-Isidorianarum Epistolarum crambem recuere.

Apostolicam ejus doctrinam amplexi , per quam et probatissima Ecclesiae Christi lumina claruerunt .

XIX. Nam Romana Ecclesia (33) per Dei Omnipotentis gratiam a tramite Apostolicae traditionis nunquam errasse (34) probabitur , nec haereticis novitatibus depravata succubuit , sed ut ab exordio fidei Christianae percepit ab auctoribus Apostolorum Christi Principibus , illibata fine tenus permanet secundum ipsius Domini Salvatoris divinam pollicitationem , quam suorum Discipulorum Principi in sacris Evangeliiis fatus est , Petro in-
quiens : *Ecce (35) Satan expetivit , ut cribraret vos , sicut qui cribrat triticum ; ego autem pro te rogavi , ut non deficiat fides tua , et tu aliquando conversus confirma fratres (36) tuos .*

(33) S. Agatho *Epist. cit. Colum. 662.*

(34) Novi Dogmatistae Romanum Pontificem Clementem XI. accusant , perinde ac si a veteri Ecclesiae Catholicae doctrina desciverit , propterea quod cum multa ejus Capita , tum praesertim tutissima Sanctorum Augustini , ac Thomae Aquinatis de Gratia Efficaci , et gratuita Praedestinatione Dogmata in Const. *Unigenitus* damnaverit . Sed quam impudenter mentiantur , plane constat ex Clementis XI. , ejusque Successorum Litteris , quas in Appendice num. 1. et seqq. producimus .

(35) Lucae *cap. XXII. vers. 31. seq.* ubi vulgata „ Simon , Simon , „ ecce Satanas expetivit vos ut cri-

braret sicut triticum : Ego autem rogavi pro te , ut non deficiat fides tua : et tu aliquando conversus confirma fratres tuos „

(36) Huc pertinet propositio inter damnatas ab Alexandro VIII. die 7. Decembris 1690. num. XXIX. „ Futilis , et toties convulsa est assertio de Pontificis Romani superioritate , atque in Fidei quaestionibus decernendis infallibilitate . „ Quam merito autem damnata haec propositio fuerit plane intelligent qui legerint Josephi Cardinalis Orsii Opera inscripta : *De irreformabili Rom. Pont. in definiendis Fidei controversiis judicio Romae 1739. , et De potestate Rom. Pont. in Synodos OEcumenicas et*

XX. Cum autem (37) secundum canones, ubi est major auctoritas, iudicium inferiorum sit deferendum, ad dissolvendum scilicet, vel ad roborandum, patet profecto Sedis Apostolicae, cujus auctoritate major non est, iudicium a nemine fore retractandum, neque cuiquam de ejus liceat judicare iudicio: Siquidem ad illam de qua-

eorum Canones. Romae 1740. et Petri Ballerini Presbyteri Veronensis De vi ac ratione Primatus Romanorum Pontificum, et de ipsorum infallibilitate in definiendis controversiis Fidei, Librum singularem, in quo utrumque deducitur, et constituitur ex principiis concessis ab iis ipsis adversariis, contra quos disputatio futura est, tum et De potestate Ecclesiastica Summorum Pontificum, et Conciliorum Generalium, Librum una cum vindiciis auctoritatis Pontificiae contra Opus Justinii Febronii. Accedit appendix de infallibilitate eorumdem Pontificum in definitionibus Fidei, et Roncagliae animadversiones subjectas Natalis Alexandri Dissert. XIV. in Hist. Eccles. saec. V. et dissert. IV. in Hist. Eccles. Saeculi XV. et XVI. et Cl. Mamachium ad Justinum Febronium Iuris-consultum epist. IV. num. XVII. seq. Nec minus clare perspicent, quanta impudentia Edi-

tores Collectionis Opusculorum Pistor. in Epistola Tom. I. illius Collectionis praemissa eos, qui Romanis Pontificibus privilegium non errandi in definiendis Fidei, morumque controversiis asserunt, appellent, persone male avvedute, „ che calpestano la Scrittura, e la „ Tradizione per dar dietro alle... „ opinioni dei Teologi e Dottori „ Romaneschi „. O linguas ferro praecidendas! exclamaret profecto, si nunc viveret, et haec legeret S. Hieronymus, eoque vehementius exclamaret, quo sibi quoque ab Editoribus proculcatae in hoc doctrinae capite S. Scripturae ac Traditionis notam inuri sentiret. Vide Append. num. VIII.

(37) Sanctus Nicolaus I. *Epist. cit. Concil. Tom. IX. col. 1339.* Vide dissertationem Canonicam *De appellationibus ad Romanum Pontificem* Romae anno MDCLXVIII.

libet mundi parte canones appellari voluerunt, ab illa autem nemo sit appellare permissus.

XXI. Quae de fide, et moribus generaliter (38) omnis probabilium Catholicae Ecclesiae Doctorum chorus docuit, ab omnibus Catholicis, qui sese Ecclesiae matris (39) legitimos filios probare student, tenenda sunt, quae respuit, (40) respuenda:

(38) Concilium Lateranense I. Praeside Sancto Martino I. Secret. V. Concil. Tom. VII. col. 358. seqq.

(39) Vincentius Lirinensis in Commonitorii secundi Recapitulatione Edit. Breae 1688. pag. 326.

(40) Hoc, quod statuimus, non ita est accipiendum, ut quod unus, alterve Patrum veterum non probarit, etiamsi ceterorum Patrum, Ecclesiaeque consensu, et conspiratione firmetur constantis Traditionis loco habendum non sit. Non enim unus, vel alter Ecclesiae Doctor detrimento esse veteri, perennique Ecclesiae Traditioni potest, veluti contra Cadonicum novosque Dogmatistas ejus manipularios pluribus demonstrat Cl. Mamachus *De animabus Iustorum in sinu Abrahae ante Christi mortem expertibus Beatae Visionis Dei lib. I. cap. 45. seqq.* Ac ne ille quidem canon admitti potest, quem de Fidei definitioni-

bus proponit I. P. in *Istruzione Pastorale . . . sopra molte, ed importanti verità della Religione, ossia sulla (ut imperitis Fidelibus speciosis istis inscriptionibus novi Dogmatistae confidentes imponunt!) sana dottrina num. XXXIII. pag. 74. seq.* ubi ait: „ Affinchè una decisione possa „ dirsi dommatica, ed abbia la forza di obbligare debbe esser formata sull’unanime consenso, o quasi unanime del corpo dei Pastori. Ma voi mi direte, non basta forse, che la maggior parte dei Pastori convengano per dar forza tale ad un giudizio, che possa dirsi essere un giudizio della Chiesa universale? Fratelli miei carissimi, gli affari della Fede non si regolano come gli affari temporali, e di disciplina, i quali possono variare secondo i tempi, e i luoghi, ma la fede debbe essere una, e costante, la medesima in tutti i tempi, in tutti i luoghi, debbe esser comune.

XXII. Nec ulli (41) Evangelicam veritatem, et sanctam Scripturam in his, quae ad fidem, moresque pertinent, contra unanimem illorum consensum praedicare, et explanare fas est.

XXIII. Magna est auctoritas (42) Doctorum, qui Scholastici appellantur (eorum nempe, qui eam profitentur Theologiam (43), quae divino illius munere, qui solus dat spiritum scientiae, et sapientiae, et intellectus, quique Ecclesiam suam per saeculorum aetates, prout

„ tutti; quindi debbe ella avere
„ una testimonianza comune, e da
„ tutti dee essere ricevuta, e per-
„ ciò le sue decisioni debbono es-
„ ser formate sulla unanimità de'
„ Pastori, Quasi nempe inter Pa-
„ stores Lupi semper aliqui non fue-
„ rint, uti Paulus Samosatenus, Ne-
„ storius, ec. Illud etiam quis Or-
„ thodoxorum ferat, quod *num. XXXII.*
„ *pag. 70, seq.* ab eodem constitui-
„ tur: „ L'infalibilità della Chiesa è
„ ristretta alle cose, che sono ne-
„ cessarie per conseguire la eterna
„ salute, le quali cose acciò siano
„ tali, debbono aver per fonda-
„ mento la Divina Rivelazione. Non
„ conviene dunque attribuire alla
„ Chiesa un privilegio, che essa
„ non riconosce, e che Gesù Cristo
„ non le ha concesso. Essa ha l'auto-
„ rità di pronunziare sulla Ortodos-
„ sia delle persone, e giudicare del

„ senso dei libri, che trattano di
„ Religione, ma non ne pronunzia,
„ e non ne giudica infallibilmente „

(41) Leo X. *Const. Supernae
Majestatis sess. XI. Concilii Latera-
nensis V. sacro approbante Concilio*
promulgata Concil. Tom. XIX. col.
*946. Confer Concilium Tridenti-
num sess. IV. in Decreto de editio-
ne, et usu Sacrorum librorum.*
*Et SS. D. N. Pii Sexti litteras Ap-
pend. num. V.*

(42) Augustinus Valerius E-
piscopus Veronensis deinde S. R.
E. Cardinalis Episcopus Praenesti-
nus *De Rhetorica Ecclesiastica ad Cle-
ricos lib. I. cap. XLVII.* Edit. Ven.
anno 1574. *pag. 82.*

(43) Sixtus V. *Const. Trium-
phantis Hierusalem §. 10. Bullarii
Romani Edition. Mainardi Tom. IV.*
Part. IV.

opus est, novis beneficiis auget, novis praesidiis instruit, inventa est a majoribus nostris sapientissimis viris) praesertim D. Thomae Aquinatis, quem sancta Concilia, Tridentinum inprimis magna veneratione dignum judicavit, eorumque auctoritas valet plurimum ad confirmanda verae religionis dogmata, et ad falsa, et perniciosam (44) refellenda.

(44) Novi Dogmatistae Wic-
 leffianos, Lutheranos, Calvinianos,
 Protestantesque ceteros, et Bajum,
 Corneliumque Iansenium Iprensium
 Episcopum sequuti Scholasticos The-
 ologos vexant omnibus contumeliis.
 Audiatur Quesnellianus Auctor E-
 pitomis Resolutionum Quaestionum
 Theologicarum anno 1786. in Ci-
 vitate, et Dioecesi Pratensi discus-
 sarum, cujus ego locum, etsi lon-
 giorum afferendum puto, quo clari-
 us ab omnibus insignis eius teme-
 ritas perspicitur. Hic igitur in *Resp.*
ad Quaest; VIII. „ Regnat ne in
 „ Ecclesia Dei Pharisaismus? Quae-
 „ niam est hujus mali origo? quae
 „ medicina? „ pag. 21. seq. scribe-
 re non veretur: „ Altera hujus ma-
 „ li radix est ignorantia; quae ut
 „ Religioni (*sic*) pertinentia sus-
 „ ciipiuntur ea, quae sunt illi ex-
 „ tranea. Hinc manant ea, quae ex
 „ falsis veterum Pontificum decre-
 „ talibus „ (*quas nec iste, nec eius*
 „ *symmistae legisse umquam videntur*
 „ fictisque Sanctorum actibus in-
 „ ducta sunt, et quae deinde novi
 „ dogmatis ars scholastica, et my-
 „ stica „ (*non ars Scholastica, et*
 „ *mystica nova in Religionis doctrinam*
 „ *dogmata invexit, illa scilicet ars,*
 „ *de qua Sixtus V. Pont. Max. loqui-*
 „ *tur, sed tu, tuique similes invehere*
 „ *nitimini*) „ invexit; hinc demum fi-
 „ des in ficta miracula, supposi-
 „ tasque reliquias. Parit quippe in
 „ hominibus ignorantia caecam cre-
 „ dulitatem, et superstitionem.
 „ Hinc quod pejus est ex igno-
 „ rantia facti progreditur ad igno-
 „ rantiam juris circa naturam, et
 „ ordinem Cultus Religiosi. Neque
 „ alio ex fonte manavit multiplex
 „ ille exterioris cultus apparatus in
 „ quo omnem Religionem suam po-
 „ nere videntur fideles: nimia fi-
 „ ducia in sanctos, eorumque re-
 „ liquias, et imagines, excedens
 „ in eos pietas, eaque plerumque in
 „ externis actibus posita, ut gesta-
 „ tione peculiaris habitus &c. Quod si

„ vero ignorantiae accedant pravi
„ mores, aut inordinata indoles mul-
„ titudinis crescit Pharisaeismus .
„ Hinc ex quo barbarae nationes
„ Occidentem occuparunt (*Quid?*
Barbarae nationes, quo tempore Con-
stantinus Imperium obtinebat, Occi-
dentem occuparunt?) „ induci cae-
„ perunt praesertim in templis ea,
„ quae specie, et pretio sensus al-
„ liciunt, non excitant (*Igitur Deus,*
non ad pietatem excitandam, sed ad
sensus alliciendos aurea, et argen-
tea vasa ab Israelitis adhiberi in sa-
cris voluit.) „ pietatem; cumque
„ ii bellatores et venatores essent
„ continuis assueti itineribus, se
„ dederunt peregrinationibus, reli-
„ gionis causa susceptis, idque pau-
„ latim factum est universalis po-
„ puli, et Cleri devotio, et origo
„ militarium expeditionum cum rui-
„ na veteris poenitentiae (*Nae ti-*
bi vetus Canonica poenitentia est cu-
rae!) „ Canonicae, et introductio-
„ ne novae delinquentes puniendi
„ disciplinae. Nam quoad haereti-
„ cos creditum est obsequium prae-
„ stari Deo, si spolientur bonis
„ temporalibus, et vita; atque hinc
„ manavit nefarium inquisitionis
(*Nefarium ne tribunal, quod ad*
fidem tuendam institutum fuit?) tri-
„ bunal; quoad vero peccatores
„ puniri caeperunt injunctis pere-
„ grinationibus, flagellationibus us-

„ que ad sanguinis effusionem, car-
„ cerationibus, aliisque crudelibus
„ suppliciis: quae quantum absur-
„ da sint ostendit Fleury in suis
„ Discursibus in historiam Eccle-
„ siasticam, et Gersonius (*Prae-*
clari scilicet Auctores, quos S. Pe-
tro Damiano, aliisque sanctissimis
viris praeferas!) „ in tractatu con-
„ tra sectam flagellantium se. Tan-
„ dem haec mala ex ignorantia, ex
„ pravis moribus pravoque homi-
„ num ingenio orta, aucta sunt ab
„ Ecclesiasticorum vitiis, praeser-
„ tim vero avaritia, et ambitione.
„ Hinc enim suaderi caeptum est
„ fidelibus, ut bonis suis, et mun-
„ do renunciarent, quo ditarentur
„ Ecclesiae, et multiplicarentur, at-
„ que auferentur Ordines Regula-
„ res: hinc manavit irregularis ho-
„ mos, quem sibi vindicarunt Ec-
„ clesiae Ministri, praesertim vero
„ Curia Romana; et Regulares „
Hactenus obscurissimus tenebrio cu-
jus atrocissimas calumnias non mo-
do in Scholasticam, et Mysticam
Theologiam, sed etiam in Roma-
nos Pontifices, Ecclesiamque uni-
versam impurissimo ore jactatas re-
tulisse confutasse est. De Schola-
sticorum porro Doctorum Auctori-
tate legatur Melchior Canus *De Lo-*
cis Theologicis Lib. VIII. Mamachius
De Animabus Iustorum &c. pag. 93.
et pag. 463. seqq. alii. Jam vero

XXIV. Omnipotentis (45) Dei providentia factum est, ut Angelici Doctoris vi, ac veritate doctrinae, non solum innumerae, quae vel ipsius aetate, vel antea grassatae sunt, sed multae etiam, quae deinceps exortae sunt, haereses, confusae, et convictae (46) dissiparentur.

caussa, qua novi Dogmatistae Scholasticam Theologiam tam impotenter insectentur, a Sixto V. *Const. cit.* afferitur; Quia nempe ipsis, Theologia Scholastica maxime est formidolosa, qui profecto intelligunt apta illa et inter se nexa rerum et causarum cohaerentia illo ordine et dispositione tamquam militum in pugnando instructione illis dilucidis definitionibus et distinctionibus illa argumentorum firmitate, atque acutissimis disputationibus lucem a tenebris, verum a falso distingui, eorumque mendacia multis praestigiis et fallaciis involuta tamquam veste detracta patefieri, ac denudari.

(45) Vide Appendicem n. III.

(46) Ut breviter quidem at solide ostendit Franciscus Van-ranst Ord. Praed. duobus Opusculis saepius impressis, quorum primum in-

scribitur: „ Historia Haeticorum, et Haeresum antea inscripta: Lux Fidei seu Divus Thomas Doctor Angelicus, omnium errorum ante vitam, in vita, et post vitam ad haec usque tempora ab incubulis Ecclesiae exortorum tenebras e literis Sacris profligans ac praedebellans, cujuslibet Saeculi Erroribus praefigitur Errorum vita historice deducta: Accedit singularis Dissertatio adversus modernos Sectarios, . Alterum vero: „ Veritas in Medio, seu D. Thomas Doctor Angelicus propositiones omnes circa Theoriam, et Praxim, rigorem, ac laxitatem versantes a Bajanis usque ad Quesnellianas 101. inclusive per tutissima, et inconcussa, atque ab omni extremo remota dogmata praedamnans. „

§. II.

DE (1) DEO.

I. Existere Deum non modo fides docet, omniumque gentium consensio, quae (2) lex naturae putanda est, confirmat, sed etiam ratio tam claris, tamque perspicuis argumentis (3) demonstrat, ut vis (4) verae divinitatis creaturae rationali jam ratione utenti non omnino, ac penitus possit abscondi.

II. Spiritum esse Deum, atque adeo omnis materiae ac divisionis expertem Christus Dominus (5) apertissime declaravit.

(1) S. Thomas Theologiae Summae Part. I. a quaest. II. ad XXVII.

(2) Cicero *Tuscul. quaest. lib. I. cap. XIII. edit. Genev. 1743. Tom. II. p. 304.*

(3) Adeatur S. Thomas *loc. cit. quaest. II. Ar. I. et II.* Confer Hocquium, Valsecchium, Cerbonium, aliosque pene innumerabiles, qui Dei existentiam adversus novos Incredulos omni argumentorum genere demonstrarunt.

(4) S. Augustinus *Tract. CVI. in S. Ioannis Evangelium n. 4. Edit.*

Kenet. 1729. T. III. part. II. col. 765.

(5) S. Jo. cap. IV. vers. 24.
„ Spiritus est Deus, et eos qui adorant eum in Spiritu et veritate oportet adorare: „ quibus verbis novi Dogmatistae „ qui segregant se „ metipsos, animales, spiritum non „ habentes “ (S. Judas *epist. Cathol. vers. 19.*) ad pias institutiones communi Ecclesiae Catholicae usu receptas, et a sanctissimis Episcopis Carolo Borromeo, Francisco Salesio, Gregorio Barbadico etc., commendatas, inculcatas, propagatas prorsus evertendas abutuntur.

III. Quae res (6) aliis quoque sacrarum Scripturarum testimoniis constat, in quibus ea Deo tribuuntur, quae dumtaxat cadere in substantiam corpore plane carentem possunt.

IV. Itaque, S. Augustinus (7), Theodoretus, (8), aliique Patres Antropomorphitas in haereticis numerarunt.

V. Quare explodendi sunt Sociniani, et Arminiani, qui sententiam Antropomorphitarum esse indifferentem (9) statuunt.

VI. Impia, et auribus, animisque hominum absurda est non minus veterum, quam novorum Pantheistarum opinio, quibus Deus est *quodcumque* (10) *vides, quocumque* (11) *moveris.*

VII. Quum Deo summam (12) bonitatem, et perfectionem tribuamus, fierique non possit, ut id, quod

(6) Vide Catechismum Romanum *Part. 1. cap. 11. De primo Symboli artic. num. 6.*

(7) S. Augustinus in *lib. de Haeresib. ad Quod vult Deum haeres. L. Tom. VIII. col. 18. & haeres. LXXXVI. col. 25.*

(8) Theodoretus *Haeretic. Fabul. lib. IV. cap. X. Tom. IV. Oper. edit. Paris. 1642. pag. 241. seq.*

(9) Beausobrius *Hist. critique des dogmes des Manicheens. Amsterdam 1734. lib. III. cap. 11. n.8. seqq. pag. 484. seqq.* hoc sibi ad ostenden-

dum proponit, haeresim perniciosam non esse divinam naturam tamquam lumen extensum concipere, sed refellitur a Petro Maria Gazzaniga Ord. Praed. *Prælec. de Deo Dissert. 11. cap. III. prop. 11. edit. Vindobon. 1775. pag. 162. seqq.*

(10) Lucanus *Pharsal. l. IX. edit. Basil. 1578. pag. 997.*

(11) Vide Gazzanigam *loc. cit. cap. 11. pag. 170. seqq.*, et Spinozae oppugnatores, quos indicat *ibid. pag. 145. not. A.*

(12) Catechismus Rom. *cap.*

summum , et absolutissimum est , inveniatur in pluribus , unum Deum esse , non plures deos confitendum est .

VIII. Nulla mali (13) est natura , quia omnis natura , inquantum natura est , bona est , ac proinde non existunt duo (14) dii , quasi contrariis dediti actibus , ut bona alter , alter mala opera (15) conficiat .

IX. Deus (16) infinitus est , neque ullius rei creatae similitudo ejus immensitatem capere potest .

X. Quocirca (17) una illa ratio divinae substantiae cognoscendae relinquitur , ut ea se nobis jungat , et incredibili quodam modo intelligentiam nostram altius extollat , atque ita idonei ad ejus naturae speciem contemplandam reddamur .

XI. Id vero (18) lumine gloriae assequemur , cum eo splendore illustrati Deum lumen verum in ejus lumine videbimus .

XII. Non modo quae libere acturi sunt homines ,

cit. num. 7. Vide Natalem Alexandrum in Hist. Eccl. Saec. II. Dissert. XIV. adversus Haeresim Marcionis Art. I. quo Dei unitas adversus Marcionem vindicatur .

(13) Eugenius IV. in decreto pro Iacobinis Concil. Tom. XVIII. col. 1227.

(14) Plutarchus de Iside et Osiride Tom. II. Oper. edit. Paris. 1624. pag. 369.

(15) Vid. V. Monetam ad-

versus Catharos , et Valdenses lib. I. cap. I. Cerbonium Theolog. Natur. Lib. II. quaest. IV. art. II. et alios , qui Baylium confutarunt .

(16) Catechismus Romanus par. I. Cap. XIII. de duodecimo Symboli articulo num. 8.

(17) Catechismus Rom. *ibid.*

(18) Catechismus Rom. *Loc. cit. num. 9. Vide Theologos de Visione Dei .*

quaeque in utramque partem accidere possunt , certo praenosci a Deo , sed etiam idoneum testimonium divinitatis esse veritatem (19) divinationis , sacri Scriptores , et Ecclesiae Patres (20) tradunt .

XIII. Quamobrem magno in errore versantur , qui certam eventuum istorum praenotionem adimi Deo sine detrimento salutis sempiternae posse (21) censent .

XIV. Nihil sine (22) Dei voluntate , quae summa omnium ratio est , accidit , cum non fiat aliquid , nisi Omnipotens (23) fieri velit , vel sinendo , ut fiat , vel ipse faciendo .

XV. Nec quisquam est , qui voluntati ejus (24) resistat , quia (25) quidquid vult , potest , nec voluntate cujuspiam creaturae voluntatis Omnipotentis impeditur effectus .

XVI. Hinc tamen minime educitur , omnia (26) de necessitate absoluta evenire ; quin multa contingenter , multa libere fieri ostenditur : siquidem ex (27) hoc ipso ,

(19) Tertullianus *Apologetici* dii cap. XCV. num. 24. Tom. VI. cap. 20. edit. Paris. MDCXLI. pag. 20. col. 231.

(20) Horum testimonia magno numero afferunt Theologi in *Tract. De scientia Dei* . (24) Esther cap. XIII. ver. 2. et ad Rom. cap. IX. ver. 19.

(21) Ex his sunt Sociniani . Vide Gazzanigam Tom. cit. pag. 490. (25) S. Augustinus *Enchiridii* cap. XCVI. numer. 24. Tom. cit. col. 232.

Not. A. (26) Wicleffus art. 27. „ Omnia de necessitate absoluta eveniunt . „

(22) Catechis. Rom. par. IV. Cap. XII. de tertia petit. Orat. Dominicae num. 24. (27) S. Thomas I. par. quaes. XIX. Art. II. ad 2.

(23) S. Augustinus *Enchiridii* XIX. Art. II. ad 2.

quod nihil voluntati divinae resistit , sequitur , quod non solum fiant ea , quae Deus vult fieri , sed quod fiant contingenter , vel necessario , quae sic fieri vult .

XVII. Cum omnia quaecumque voluit (28), Dominus fecerit secundum consilium (29) voluntatis suae , id est pro libero (30) voluntatis arbitrio , non pro necessitatis obsequio , perspicuum est Deum ex bonis plerisque libere , quae voluit , elegerit .

XVIII. Quemadmodum (31) Deus cuncta , quae existunt , summa potestate sapientia , et bonitate condidit ; ita perpetua iis providentia adest , atque eadem vi , quae ab initio constituit , illa conservat .

XIX. Fidenter (32) fatemur praedestinationem electorum ad vitam , quia (33) Deus omnes , quos vasa misericordiae gratuita bonitate facit , ante constitutionem mundi in adoptionem filiorum suorum praedestinavit .

XX. Aliquos (34) vero ad malum divina potestate praedestinos esse non solum non credimus , sed etiam

(28) *Psalm. CXXXIV. vers. 6.* III. *Can. III. Concil. Tom. IX. col.*

(29) *Ad Ephesios cap. I. ver. 2.* 1151.

(30) S. Ambrosius *de Fide lib. II. cap. VI. Edit. Ven. 1751. Tom. III. col. 607.*, ubi exponit illa Apostoli in *I. ad Corinthios cap. XII. ver. 2.* prout vult.

(31) *Catechismus Rom. par. I. cap. 11. de primo Symboli Articulo num. 21.*

(32) Concilium Valentinum

33. S. Fulgentius *in lib. de Fide ad Petrum Diaconum cap. XXXV. Edit. Lugdunensis 1672. pag. 496.*

(34) Concilium Arausicanum *cap. XXV. Concil. Tom. V. col. 813.* Confer Concilium Valentinum *can. cit. et Tridentinum sessione VI. de Iustif. can. VI.*

si sunt, qui tantum malum credere velint, cum omni detestatione illis anathema dicimus.

XXI. Quum (35) Deus Omnipotens sit, intelligimus nihil esse, nihil animo, et cogitatione fingi posse, quod Deus efficere nequeat.

XXII. Ceterum (36), etsi omnia Deus possit, mentiri tamen, aut fallere, aut falli, aut peccare, aut interire, aut ignorare aliquid non potest. Haec enim in eam naturam cadunt, cujus imperfecta actio est: Deus vero, cujus perfectissima semper est actio, ideo haec non posse dicitur, quia posse ea infirmitatis est, non summae, et infinitae omnium rerum potestatis, quam ille habet.

§. III.

DE (1) TRINITATE.

I. Unus (2) est verus Deus, omnipotens, incommutabilis, et aeternus, Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus, unus in essentia, trinus in Personis.

II. Nomina enim Patris, et Filii, et Spiritus Sancti quibus sacri Scriptores de Deo loquentes utuntur, non varia unius, ejusdemque personae munera, sed tres in eadem divinitate distinctas personas (3) indicant.

(35) Catechismus Rom. Par. XXVII. ad quaest. XLIV.
1. cap. 11. de primo symboli articulo num. 11.

(36) Catechismus Rom. loc. cit. num. 12.

(2) Eugenius IV. in Decreto pro Iacobinis Concil. Tom. XVIII. col. 1221.

(3) Vide Natalem Alexandrum in Hist. Eccl. Saec. III. Dis-

III. Quod cum (4) multis divinarum Scripturarum]
 testimoniis comprobatur , tum praecipue illis Christi
 Domini ad Apostolos verbis (5) : *Docete omnes gentes , ba-*
ptizantes eos in nomine Patris , et Filii , et Spiritus Sancti ,
 atque his S. Joannis (6) : *Tres sunt , qui testimonium dant*
in coelo , Pater , Verbum , et Spiritus Sanctus , et hi tres
unum sunt .

IV. Nam audiendi non sunt Sociniani , qui versicu-
 lum istum vel malo dolo , vel inscitia librariorum in
 caput illud Epistolae S. Joannis illatum fuisse (7) conten-
 dunt .

V. Pater est (8) ingenitus , Filius ex Patre genitus ,
 Spiritus Sanctus ex Patre et Filio procedens .

VI. Etenim Spiritum Sanctum ex Patre , et Filio
 aeternaliter esse , et essentiam suam , suumque esse sub-
 sistens habere ex Patre simul , et Filio , et ex utroque
 procedere (9) divinarum literarum , Conciliorum , et Pa-

sert. XXV. contra Praxeanos , No-
 etianos , et Sabellianos Quaestione V-
 nica De Personarum Divinarum Tri-
 nitate .

(4) Catechismus Rom. Par.
 I. cap. II. de primo Symboli Arti-
 culo num. 10.

(5) Matthaei cap. XXVIII.
 vers. 19.

(6) Epistola I. cap. V. vers. 7.

(7) Vide Johannis Francisci
 Bernardi Mariae de Rubeis Ord.
 Praed. Dissertationem De tribus in Coe-

lo Testibus recusam Thesauri Theo-
 logici Venet. Typis Nicolai Pezzanae
 Tom. III. pag. 33. seqq. et ejusdem
 Dissertationes variae Eruditionis sub
 una capitum serie collectas Venet.

1762. cap. I.

(8) Eugenius IV. in Decreto
 citato Concil. Tom. XVIII. col. 1221.

(9) Synodus Florentina in De-
 finitione Concil. Tom. cit. col. 526.

Vide Natalem Alexandrum in Hist.
 Eccl. Saec. IV. Dissert. XLIII. Ad-
 versus Haeresim Macedonianorum Ar-

- trum Ecclesiae cum Latinae , tum Graecae auctoritate confirmatur .

VII. Quod namque (10) sacri Doctores et patres dicunt , ex Patre per Filium procedere Spiritum Sanctum , ad hanc intelligentiam tendit , ut per hoc significetur , Filium quoque esse secundum Graecos quidem causam , secundum Latinos vero principium subsistentiae Spiritus Sancti , sicut et Patrem . Et quoniam omnia , quae Patris sunt , Pater ipse unigenito Filio suo gignendo dedit , praeter esse Patrem , hoc ipsum , quod Spiritus Sanctus procedit ex Filio , ipse Filius a Patre aeternaliter habet , a quo etiam aeternaliter genitus est .

VIII. Igitur explicatio (11) verborum illorum *Filioque* veritatis declarandae gratia , et imminente necessitate licite , ac rationabiliter symbolo fuit apposita .

IX. Pater (12) non est Filius , aut Spiritus Sanctus , Filius non est Pater , aut Spiritus Sanctus , Spiritus Sanctus non est Pater aut Filius , sed Pater tantum Pater est , Filius tantum Filius est , Spiritus Sanctus tantum Spiritus Sanctus est .

ticulo Unico , quaestione Unica , Propositione Unica . Macedonianos Spiritus Sancti Hostes Scripturae Sacrae et Sanctorum Patrum Testimonia profligant , ejus Divinitatem , et eandem cum Patre , et Filio dignitatem , atque Majestatem asserentia , et in Hist. Eccl. Saec. IX. , et X. Dissert. XVIII. Adversus Photium , aliosque Graecos Schismaticos De Processione Spiritus Sancti a Patre et Filio .

(10) Synodus Florentina in definitione col. cit.

(11) Ibidem Vide Gazzanigam in Praelect. de Trinitate Dissertatione V. cap. III.

(12) Eugenius IV. in Decreto pro Jacobinis Concil. Tom. XVIII. col. 1221. seq. ex quo Decreto ceteras etiam , quas subjicimus , de Trinitate Propositiones accessimus .

X. Solus Pater de substantia sui genuit Filium, solus Filius de solo Patre est genitus, solus Spiritus Sanctus simul de Patre procedit, et Filio.

XI. Hae tres Personae sunt unus Deus, et non tres dii, quia trium est una substantia, una essentia, una natura, una divinitas, una immensitas, una aeternitas, omniaque sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio.

XII. Propter hanc unitatem Pater est totus in Filio, totus in Spiritu Sancto, Filius totus est in Patre, totus in Spiritu Sancto, Spiritus Sanctus totus est in Patre, totus in Filio.

XIII. Nullus alium aut praecedit aeternitate, aut excedit magnitudine, aut superat potestate.

XIV. Aeternum quippe, et sine initio est, quod Filius de Patre extitit, et aeternum, ac sine initio est, quod Spiritus Sanctus de Patre, Filioque procedit.

XV. Pater quidquid est, aut habet, non habet ab alio, sed ex se, et est principium sine principio.

XVI. Filius quidquid est, aut habet, habet a Patre, et est principium de principio.

XVII. Spiritus Sanctus quidquid est, aut habet, habet a Patre simul, et Filio.

XVIII. Sed Pater, et Filius non duo principia Spiritus Sancti, sed unum principium, sicut Pater, et Filius, et Spiritus Sanctus non tria principia creaturae, sed unum principium.

§. IV.

DE (I) ANGELIS.

I. Angelos (2) novimus ex fide, et multis apparuisse scriptum legimus, nec inde dubitare fas nobis est.

II. Spiritus (3) autem Angeli sunt, nimirum substantiae (4) intelligentes, materiae atque corporis expertes, et cum spiritus (5) sunt, non sunt Angeli, cum mittuntur, fiunt Angeli: Angelus enim officii nomen est, non naturae.

III. Ac in sacris (6) quidem libris non modo frequens Angelorum mentio fit, sed etiam novem illorum ordines numerantur, Angeli, Archangeli, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubim, et Seraphim,

(1) S. Thomas *Part. cit. a* in sinu *Abrahae* ante *Christi* mortem expertibus *beatae* visionis *Dei*
Quaest. L. ad Quaest. LXV.

(2) S. Augustinus *Serm. 1. in* pag. 17. *seqq.* in adnotationibus, in quibus adversus *Cadonicum* ostendit, non nisi temere defendi posse Angelos et *Daemones* corporibus omnino non vacare,

(3) *Psalm. CIII. vers. 4.* et alibi.

(4) S. Johannes *Damascenus lib. II. de Fide Orthodoxa cap. III. Edit. Paris. 1712. Tom. I. pag. 155.*

Confer aliorum Patrum testimonia, quae afferuntur a Theologis, ubi de Angelorum natura disputant, et *Cl. Mamachium De Animabus Iustorum*

(5) S. Augustinus *loco cit.* Vide etiam *S. Gregorium Magnum Homil. XXXIV. in Evangelia. num. 8. edit. Paris. an. 1705. col. 1604.*

(6) Adeatur *S. Gregorius Magnus loc. cit. num. 7. col. 1603. seq.*

IV. Quocirca Angelorum in varias classes distinctio tamquam commenticia irrideri (7) a nemine sine maxima temeritate potest.

V. Jam Angelos (8) innumerabiles, qui sibi ministrarent, atque assisterent, Deus ex nihilo creavit, quos deinde admirabili gratiae suae, et potestatis munere auxit, atque ornavit.

VI. Nam cum illud sit in divinis litteris, diabolum in veritate (9) non stetisse, perspicuum est, cum, reliquosque desertores Angelos ab ortu sui initio gratia praeditos fuisse.

VII. Quod autem ad scientiam attinet, extat illud sacrarum litterarum testimonium (10): *Tu, Domine mi Rex sapiens es, sicut habet sapientiam Angelus Dei, ut intelligas omnia super terram.*

VIII. Potestatem denique eis tribuit divinus David illis verbis (11): *Potentes virtute, facientes verbum illius;* atque ob eam rem saepe in sacris litteris virtutes, et exercitus Domini appellantur.

IX. Sed quamvis omnes ii coelestibus donis ornati fuerint, plurimi tamen, quia a Deo parente, et creatore defecerunt, ex altissimis illis sedibus deturbati, atque in obscurissimum terrae carcerem inclusi, aeternas superbiae suae poenas luunt.

(7) Quemadmodum irridet impudentissime Jo. Frid. Stapferius *Institutionum Theologicarum Polemic. Ordine scientifico dispositarum Tom. IV. Cap. XIV. §. CLXXXIV. Tiguri 1756. pag. 119.*

(8) Catechismus Romanus *Par 1. cap. 11. de primo Symboli*

articulo num. 17. ex quo numero proximas etiam quatuor propositiones accepimus.

(9) *Ioannis cap. VIII. vers. 44.*

(10) *Regum lib. II. cap. XIV. vers. 20.*

(11) *Psalm. CII. vers. 20.*

X. Ceteri autem, qui in veritate steterunt, summae beatitudinis (12) plenitudinem, tamquam praemium ipsius permansionis, acceperunt.

XI. Dei providentia (13) datum hoc negotium Angelis est, ut custodiant humanum genus, singulisque hominibus praesto sint, ne gravius aliquod detrimentum accipiant.

XII. Qui daemones (14), etiam post Christi Domini mortem, in hominum corpora invasisse, Deique permissu Magis adfuisse, eorumque conata aliquando perfecisse negant, non modo veterum Ecclesiae Patrum, sed etiam sacrarum Scripturarum auctoritatem funditus everunt.

XIII. In diabolo (15), et angelis ejus non est liberi facultas arbitrii.

XIV. Quare non poterunt (16) aliquando in futuris seculis converti ad bonitatem.

(12) S. Augustinus in lib. de *III. Tom. III. pag. 128. seqq.*
correctione et Gratia cap. X. num.
27. *Tom. X. col. 765.*

(13) Catechismus Romanus *Part. Edit. Paris. 1733. Tom. I. pag. 70.*
IV. cap. IX. de orationis Dominicae
proaemio num. 4. confutatus a S. Thoma *III. Part.*
Quaest. LXXXVI. art. 1. et aliis in

(14) Vide Mamachium *Ori-*
ginum et Antiquitatum Christia-
narum lib. III. cap. I. §. VII. num. locis.

(16) Secus ac velit Origenes
loc. cit.

§. V.

DE OPERE (1) SEX DIERUM

I. Deus (2) non ex materia aliqua mundum fabricatus est, sed ex nihilo creavit.

II. Idque nulla vi aut necessitate coactus, sed sua sponte, et voluntate instituit.

III. Neque vero ulla alia causa fuit, quae illum ad opus creationis impelleret, nisi, ut rebus, quae ab ipso effectae essent, bonitatem suam impertiretur.

IV. Quemadmodum autem sua bonitate adductus quaecumque voluit fecit, ita non exemplum aliquod, aut formam, quae extra se posita esset, cum universa conderet, sequutus est; verum, quia rerum omnium exemplar divina intelligentia continetur, id summus artifex in seipso intuens, ac veluti imitatus, summa, sapientia, et infinita virtute, quae ipsius propria est, rerum universitatem procreavit.

V. Ac ab (3) initio quidem temporis utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem et corporalem,

(1) S. Thomas *Part. cit. a Magi de Angelis Mundi Conditori-*
quaest. LXV. ad quaest. CIII. bus, et in *Hist. Eccl. Saec. II. Dis-*

(2) Catechismus Romanus *sert. XX. adversus Hermogenem Ar-*
Part. I. de primo Symboli articulo ticulo unico, quo *Materia Deo coac-*
num. 15. Ex eodem numero pro- *terna exsufflatur.*

sumus. Vide Natalem Alexandrum *(3) Concilium Lateranense*
IV. sub Innocentio III. Cap. I. de
in Hist. Eccl. Saec. I. Dissert. XXIV. fide Catholica tit. I. Concilior. Tom-
art. I. quo refellitur error Simonis XIII. col. 927. seq.

Angelicam videlicet, et mundanam, et deinde humanam, quasi communem ex spiritu, et corpore constitutam.

VI. Etenim ex limo (4) terrae hominem sic corpore effectum, et constitutum effinxit, ut non quidem naturae ipsius vi, sed divino beneficio immortalis esset, et impassibilis.

VII. Ad animam vero (5) quod pertinet, eam ad imaginem, et similitudinem suam formavit, liberumque ei arbitrium tribuit.

VIII. Omnes (6) praeterea motus animi, atque appetitiones ita in eo temperavit, ut rationis imperio nunquam non parerent, tum originalis justitiae admirabile donum addidit.

IX. Quibus rebus singularem suam, eximiamque in humanum genus liberalitatem, ac beneficentiam declaravit, siquidem nec immortalitas, nec exaltatio in consortium divinae naturae, nec integritas primae conditionis homini primo debita (7) erant.

(4) Catechismus Romanus
*Part. I. Cap. II. De primo Symboli
articulo num. 19.*

(5) Catechismus Romanus
ibidem.

(6) Catechismus Romanus
loc. cit.

(7) Inter propositiones Baji
a S. Pio V. et Gregorio XIII. dam-
natas hae sunt XXI. „ Humanae na-
„ turae sublimatio et exaltatio in
„ consortium Divinae Naturae debi-
„ ta fuit integritati primae conditio-

„ nis, et proinde naturalis dicenda
„ est, et non supernaturalis, XXIII. „
„ Absurda est eorum sententia, qui
„ dicunt hominem ab initio, dono
„ quodam supernaturali et gratuito,
„ supra conditionem naturae suae
„ fuisse exaltatum, ut Fide, Spe, et
„ Charitate Deum supernaturaliter
„ coleret, . XXIV. „ A vanis et
„ otiosis hominibus secundum insi-
„ pientiam Philosophorum, exco-
„ gitata est sententia, quae ad Pe-
„ lagianismum rejicienda est; Ho-

„ minem ab initio sic constitutum,
„ ut per dona naturae superaddi-
„ ta fuerit largitate Conditoris su-
„ blimatus, et in Dei filium ado-
„ ptatus „. XXVI. „ Integritas pri-
„ ma creationis non fuit indebita
„ humanae naturae exaltatio, sed
„ naturalis ejus conditio „. LXXVIII.
„ Immortalitas primi hominis non
„ erat gratiae beneficium, sed na-
„ turalis conditio „. LXXIX. „ Falsa
„ est Doctorum sententia primum
„ hominem potuisse a Deo creari,
„ et institui sine iustitia naturali „.
Cum his damnatis propositionibus
conferat modo catholicus lector quae
habet Matthaeus Feydeaus in *Cate-*
[*chismo o sia schiarimento sulla mate-*
ria della Grazia Collect. Pistoriensis
Tom. III. num. IV. italice recuso et
a T. P. commendato in E. P. nella
quale si indirizzano al suo Gregge
il Catechismo sopra la Grazia del
Sig. Feydeau etc. in Siena 1787. edit.
ejusdem pag. 4. seqq. nempe 4.
„ In quale stato furono creati gli
„ Angeli, e il primo Uomo? Fu-
„ rono creati nello stato di santi-
„ tà, e di giustizia di cognizione,
„ e di amore divino: formando Id-
„ dio in un tempo stesso la natu-
„ ra, e comunicando la sua Gra-
„ zia. 5. Potevano eglino esser
„ creati in un' altro stato? Nò:
„ perchè Iddio non può far nulla,
„ che non sia nell'ordine. Or la

„ Creatura intellettuale, sarebbe
„ nel disordine, se non fosse crea-
„ ta nello stato di Grazia, e Id-
„ dio solo sarebbe autore di que-
„ sto disordine, e però non ha
„ potuto esser creata, che in que-
„ sto stato. 6. Perchè mai sareb-
„ be nel disordine la Creatura in-
„ tellettuale, se non fosse creata
„ in istato di Grazia? Perchè il
„ suo ordine essenziale è di ten-
„ dere a Dio, come a suo cen-
„ tro, e come a suo principio:
„ or ella non vi può tendere, che
„ per il soccorso, che le dà la
„ Grazia: in conseguenza sarebbe
„ fuori del suo ordine, se essen-
„ do innocente fosse priva della
„ Grazia „. Similia docet Gourli-
nus in *Catechetica Institutione an-*
no 1779. Januae opera A. D. M. A. A.
impresso hoc titulo: Educazione Cri-
stiana, ossia Catechismo universale
diviso in tre Volumi. (quo titulo
relata est in Indicem librorum pro-
hibitorum SS. D. N. Pii Sexti Pon-
tificis Maximi jussu editum Romae
1786. pag. 93. hac admonitione
adjecta: „ Cautum est, ne cui hoc
„ opus quolibet idioma, quocun-
„ que titulo, quovis tempore, ubi-
„ vis locorum editum retinere, aut
„ legere liceat. Decr. 20. Jan-
1783.) „ ac deinde Venetiis an-
no 1782. iterum publicata hac scri-
ptione Istruzione generale sulle ve-

X. Primus vero homo, quem Deus condidit, et ex

rità cristiane in forma di Catechismo ad uso delle Città, e Diocesi di Pistoja e di Prato mandato S. D. R. qui in Istruzione P. sulla necessità, e sul modo di studiare la Religione edit. venet. cit. pag. XXV. de eadem ita scribit. „ Questo (Catechismo) di nuovo ora si pubblica per mio ordine ad uso, e vantaggio delle Chiese alla mia cura commesse, e strettamente v'ingiungo il valervene, seguendo per maggior comodo del Popolo a cui ne raccomandarete la lettura, l'ordine delle materie, che vi si trattano, e che troverete dichiarate sempre, e discusse conformemente alla Dottrina del Catechismo Romano. Riguardo ai Giovani Ecclesiastici, che abitano nelle vostre Parrocchie gli avvertirete che sopra di questo saranno principalmente esaminati. E quanto ai Sacerdoti che celebrano la messa negli Oratorj compresi nel giro delle vostre Parrocchie, voglio che leggano ordinatamente in tutte le Feste queste Istruzioni in tempo della Messa dopo il Vangelo, e perciò v'incarico d'invigilare seriamente sopra di ciò, e darmene conto ogni anno in occasione della Congregazione dei Vicarj Fo-

„ ranei, affinchè io possa in caso di mancanza provvedervi, come irremisibilmente farò anco coll'interdetto dei medesimi Oratorj. „ La storia della Religione, la Dottrina della Chiesa, il suo spirito nelle preghiere, nelle costumanze, nelle Cerimonie, le regole certe della Morale, le massime di Gesù Cristo, tutto vi è sviluppato in questo Catechismo con tale semplicità, e chiarezza, che ho creduto bene tra molti presceglierlo „ Gourlinus Catechismi istius *Part. 1. Cap. 1. §. XIX.* edit. cit. pag. 60. seqq. ita scribit. „ D. In quale stato furono creati da Dio i primi nostri genitori? R. In uno stato di giustizia, e di santità. Iddio, dice la Scrittura (Eccl. VII. 30.) fece l'uomo retto. D. Che intendete voi, quando dite, che l'uomo fù creato in uno stato di rettitudine, e di giustizia? R. Che Iddio nel crearlo gli infuse la cognizione e l'amore del suo Creatore: imperciocchè una creatura ragionevole non può essere retta e giusta, se non per mezzo della cognizione e dell'amore del suo Creatore. D. L'uomo potea egli essere altramente creato che nella giustizia: cioè

quo (8) uno fecit omne genus hominum inhabitare super universam faciem terrae, Adam (9) fuit.

§. VI.

DE [1] BEATITUDINE.

I. Summa (2), et absoluta hominis beatitudo in rebus corporeis, et caducis minime consistit, sed in Dei possessione est constituenda.

II. Possessio autem Dei, ex qua existit solida (3) beatitudo, quam essentiali communi nomine licet vocare, in eo sita est, ut Deum videamus, ejusque pulchritudine fruamur, qui est omnis beatitatis, ac perfectionis fons, et principium.

III. Constat vero ex iis (4) duobus tum, quod Deum

„ a dire, senza avere la conoscen-
„ za e l'amore di Dio? R. Non vi
„ ha mezzo tralla giustizia ed il
„ peccato. Una volontà che non
„ ama Dio e la giustizia non so-
„ lamente non è buona, dice S. A-
„ gostino, ma è pessima. Or Iddio
„ che è la stessa giustizia, la stes-
„ sa bontà, e la stessa santità,
„ non potea fare una creatura mal-
„ vagia, e per conseguenza l'uo-
„ mo non poté uscire dalle mani
„ di Dio, senza conoscere e sen-
„ za amare il suo Creatore „.

(8) Actorum Apostolicorum
Cap. XVII. v. 26.

(9) Vide Natalem Alexandrum
in Hist. Eccle. vet. Testam. I. Mundi
aetatis Dissert. III. Ar. I. assertio-
ne unica Cl. Petrum Mariam Gaz-
zanigam in Praelect. Theolog. de
Creatione cap. V. et alios.

(1) S. Thomas I. P. II. a
quaest. II. ad VI.

(2) Catechismus Romanus
Part. I. cap. XIII. de XII. Symboli
Articulo num. 3.

(3) Ibidem num. 7.

(4) Num. eodem

intuebimur, qualis in natura sua, ac substantia est, tum quod veluti dii efficiemur, quemadmodum significat S. Iohannes, cum ait: (5) *Carissimi, nunc filii Dei sumus, et nondum apparuit quid erimus: scimus, quoniam cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam videbimus eum, sicuti est.*

IV. Iam haec felicitas (6): semel adeptam amitti non potest, ut falso nonnulli suspicati sunt: nam felicitas ex omnibus bonis sine ulla mali admixtione cumulatur, quae cum hominis desiderium expleat, in aeterna vita necessaria consistit: neque enim potest beatus non magnopere velle, ut illis bonis, quae adeptus est, sibi perpetuo frui liceat. Quare nisi ea possessio stabilis, et certa sit, maximo cruciatu timoris angatur necesse est.

V. Hanc porro felicitatem illi dumtaxat (7) adipiscuntur, qui sanctificantem gratiam consequuti, singulari Dei beneficio eadem in gratia decedunt.

VI. Illud quoque ex sacris litteris constat, beatis majora (8), et minora, ut quisque promeritus fuerit, praemia reddi: Nam (9) *in domo Patris mei*, inquit Dominus, *mansiones multae sunt*, et S. Paulus (10): *Qui enim parce seminat, parce et metet, et qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus et metet*, tum (11): *stella differt in claritate: sic et resurrectio mortuorum.*

(5) Epist. I. Cap. III. v. 2. loc. cit. num. 13.

(6) Catechismus Romanus loc. cit. num. 3.

(9) Joannis cap. XIV. vers. 2.

(7) Concilium Tridentinum sess. VI. de Iustificatione Can. XXXII.

(10) S. Paulus in epistola II. ad Corinthios cap. IX. vers. 6.

(8) Catechismus Romanus

(11) In Epistola I. ad Corinthios cap. XV. ver. 41.

§. VII.

DE ACTIBVS (1) HUMANIS

I. Liberum hominis arbitrium post Adae peccatum ,
amissum , et extinctum (2) non esse , sacri Scriptorum os-
tendunt :

II. Testantur Ecclesiae Patres , Ignatius martyr , Ju-
stinus , Athenagoras , Cyprianus , Hilarius Pictaviensis ,
Optatus Milevitanus , alii ,

III. Imprimisque S. Augustinus in libris non modo
contra Manichaeos , sed etiam contra Pelagianos editis :

IV. Ipsaque naturae ratio perspicue (3) demonstrat .

V. Igitur Deus non talem (4) hominum manibus
ipsam suis creavit naturam , quae proprio quodam motu ,
et necessariae cujusdam voluntatis impulsu nihil aliud
possit , nihil aliud velit , nisi peccare .

(1) S. Thomas *Part. cit. a*
quaest. VI. ad XXII.

(2) Concilium Tridentinum
Sess. VI. de Iustificatione can. V.

(3) Vide Natalem Alexan-
drum in *Hist. Eccl. Saec. III. Dis-
sert. XXVI. adversus Manichaeos*
Quaestione Unica De libero Arbitrio
hominis ad peccandum, et Roncagliae
Animadversiones in Gratiae actualis
influxum, an nempe Augustinus agen-
do cum Pelagianis voluerit ab eo vo-
luntatem necessario determinari ad
agendum : quae Animadversiones

subjectae sunt *synopsi Hist. Eccl.*
Natalis Alexandri Saec. V. Cap. III.
Art. III. et Moneliam Dissert. con-
tro i Fatalisti. Lucae 1744.

(4) Ut impie docuit Simon
Magus ex Vincentio Lirinensi in
Commonitorio Edit. cit. pag. 313.
Legatur Natalis Alexander in *Hist.*
Eccl. Saec. I. Dissert. XXV. adver-
sus Saturnini Haeresim Articulo uni-
co, quo refellitur ejus error de duo-
bus hominum generibus, aliis natu-
ra bonis, aliis natura malis.

VI. Nec reprobis ex Dei ordinatione injicitur peccandi (5) necessitas.

VII. Sed peccatorum origo est libero voluntatis arbitrio (6) tribuenda.

VIII. Cum in Deo sit arbitrii libertas, licet (7) malum facere non possit, sicut negare seipsum non potest, certum est, atque exploratum, ad libertatem arbitrii libertatem, quae contrarietatis dicitur, non requiri.

IX. Requiritur tamen libertas, quae contradictionis (8) nuncupatur.

X. Nec Patres, qui S. Augustino praeiverunt,

XI. Nec S. Augustinus,

XII. Nec fidelissimi S. Augustini discipuli, Prosper, Fulgentius, Bernardus Abbas Claraevallensis, ac Thomas Aquinas, arbitrii libertatem in sola immunitate a coactione positam esse (9) statuerunt.

(5) Quemadmodum Calvinus *Institutionum lib. III. Cap. XXIII. §. 9. Edit. Amstelodamensis 1667. pag. 254.* perverse statuit. Vide Bellarminum *Lib. IV. de Poenitentia cap. 11.*

(6) S. Augustinus in *l. de Haeresibus Cap. XLVI.* ubi oppositum Manichaeorum errorem refert. Vide Concil. Provinciale Senonense Paris. anno 1527. incoatum et anno 1528. consummatum *Concil. Tom. XIX. Col. 1176.*

(7) S. Augustinus *lib. I. operis imperfecti adversus Julianum Cap. CII. Tom. X. col. 934.* Confer S. Tho-

mas *I. Part. Quaest. LXII. Art. 8. ad 3.*

(8) Vide Concil. Tridentinum *Sess. VI. de Iustificatione Cap. V. et can. IV.*

(9) Legatur Opus hoc titulo inscriptum *D. Augustini et SS. Patrum de libero Arbitrio interpret Thomisticus adversus Cornelii Iansenii Episcopi Iprensis doctrinam prout defensatam in Theriaca Vincentii Leunis Theologi Arausicani. Authore Fr. Alexandro Sebille Ord. Praed., et Petavii de officio sex dierum lib. III. seqq.*

XIII. Non est meritorium (10), vel demeritorium, quod aliquis sic ex necessitate agit, quod vitare non possit.

XIV. Neque ad peccatum formale (11), et demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua peccato originali, et voluntate Adami peccantis.

XV. Quamobrem jure Innocentius X. hanc Iansenii propositionem ordine tertiam (12). *Ad merendum vel demerendum in statu naturae lapsae non requiritur libertas a necessitate, sed sufficit libertas a coactione*, haereticam declaravit, et uti talem damnavit.

XVI. Non omnium operationum usus est (13) indifferens.

XVII. Nec sola humana (14) opinione humanae actiones bonae sunt, aut malae.

XVIII. Verum immediata (15) divisio humanorum actuum non est, quod sint, vel virtuosa, vel vitiosa, quia si homo est vitiosus, et agit quidquam, tunc agit vitiose; et si est virtuosus, et agit quidquam, tunc agit

(10) S. Thomas in *Quaest. Disputatis de Malo quaest. VI. art. Vnic.* „ peccantis „ .

(11) Propositio I. ex damnata ab Alexandro VIII. die VII. Decembris 1690. „ In statu naturae lapsae ad peccatum mortale, „ et demeritum sufficit illa libertas, qua voluntarium, ac liberum fuit in causa sua, peccato „ originali, et voluntate Adami

(12) Constit. Cum occasione. An. 1625. pridie Kalendas Junii Concil. Tom. XXI. col. 1642. seq.

(13) Vide S. Irenaeum *lib. I. adversus Haereses Cap. XXIV. num. V. Edit. Paris. 1710. pag. 102.*

(14) Vide eundem S. Irenaeum *lib. cit. cap. XXV. num. 4. pag. 104.*

(15) Hus *Art. XVI.*

virtuose : quia sicut vitium , quod crimen dicitur , seu mortale peccatum inficit universaliter actus hominis vitiosi , sic virtus vivificat omnes actus hominis virtuosi : nam (16) uti habitu non est necessarium , sed subjacet voluntati habentis , et ideo potest contingere , quod aliquis habens habitum vitiosum , prorumpat in actus virtutis eo , quod ratio non totaliter corrumpitur per malum habitum .

§. VIII.

DE (1) PECCATIS

I. Non omnia peccata sunt (2) paria .

II. Quin immo ne omnia quidem peccata suapte (3) natura mortalia sunt .

III. Etenim peccata quaedam esse natura sua venialia , quibus a gratia Dei non excludimur , sacrarum Scripturarum auctoritate evincitur .

IV. Accedit perpetua jam inde a primis Ecclesiae temporibus ducta (4) traditio .

V. Quapropter orthodoxae Religionis doctrinae adversantur , qui omne peccatum mereri (5) poenam aeter-

(16) S. Thomas I. Part. II. Quaest. LXXVIII. Art. II.

(1) S. Thomas Part. cit. a Quaest. LXXI. ad Quaest. XC.

(2) Vide S. Hieronymum in lib. contra Jovinianum , ubi Haereticum illum omnia peccata paria [esse contendentem refutat .

(3) Bajus prop. XX. „ Nul- lum est peccatum ex natura sua „ veniale , sed omne peccatum me- „ retur poenam aeternam . „

(4) Vide Bellarminum de amissionem Gratiae et statu peccati cap. III. seqq.

(5) Bajus prop. Cit.

nam asserunt : tum qui negant (6) diversa esse supplicia ignis aeterni secundum qualitatem , et merita peccatorum .

VI. Ignorantia illarum rerum , quarum sibi notionem homo comparare et potest , et debet , culpa ei dem vertitur :

VII. Quaeque ex ea proficiscuntur peccata , veri peccati rationem habent .

VIII. Itaque merito a Diospolitana Synodo reprobatum hoc Coelestii pronunciatum fuit : (7) *Oblivio , et ignorantia non subjacent peccato .*

IX. Ex hujus tamen pronunciatii reprobatione peperam infert Jansenius (8) , ut dogma fidei ab antiquis traditum , ignorantiam etiam invincibilem non carere peccato .

X. Etenim neminem , qui ex ignorantia invincibili sive facti , sive juris agat , formalis peccati reum effici , clarissimis divinorum librorum , et Ecclesiae Patrum , ac Doctorum , praesertim vero SS. Augustini , ac Thomae Aquinatis , testimoniis constat .

XI. Hinc Alexander VIII. Pont. Max. hanc propositionem damnavit (9) *Tametsi detur ignorantia invincibilis juris naturae , haec in statu naturae lapsae operantem ex ipsa non excusat a peccato formali .*

(6) Vide Capitula S. Augustini ex Urbe Roma transmissa cap. XIII. Concil. Tum. V. Col. 819. tu naturae lapsae Cap. II. Edit. Rothomagensis pag. 117. seq. Vide Cardinalem Gottium de actibus humanis quaest. II. Dubio VII. alios.

(7) Concil. Tom. III. col. 369. num. XI. et col. 374. seq. (9) Num. II.

(8) Jansenius lib. II. de sta-

XII. Duo (10) sunt, quae consequuntur peccatum, macula, et poena.

XIII. Quocirca falsum est transeunte (11) actu peccati nihil manere, nisi reatum, sive obligationem ad poenam.

XIV. Impie blasphemant, qui dicunt (12) mala opera ita, ut bona, Deum operari, non permissive solum, sed etiam proprie, et per se, adeo ut sit proprium ejus opus non minus proditio Judae, quam vocatio Pauli.

XV. Impie quoque sentiunt, qui statuunt (13), justum in omni bono opere saltem venialiter peccare, aut (quod intolerabilius est) poenas aeternas mereri, vel in omnibus operibus justos peccare, si in illis suam ipsorum socordiam excitando, et sese ad currendum in studio cohortando cum hoc, ut in primis glorificetur Deus, mercedem quoque intuentur aeternam, cum scriptum sit: *Inclinavi cor meum ac faciendas justificationes tuas propter retributionem*; et de Moyse dicat Apostolus, quod respiciebat in remunerationem.

XVI. Ac ne illi quidem ferendi sunt, qui (14) omnes omnino justorum afflictiones esse ultiones peccatorum ipsorum perverse tumentur.

(10) Catechismus Romanus *de Justificatione Can. VI. Part. II. Cap. V. de Sacramento Poenitentiae num. 65.*

(13) Conc. Trid. *ibid. Cap. XI. confer can. XXVI.*

(11) Bajus *Prop. LVI.* „ In „ peccato duo sunt, actus et reatus, transeunte autem actu, nihil manet nisi reatus, sive obligatio ad poenam.

(14) Bajus *Prop. LXXII.* „ Omnes omnino justorum afflictiones sunt ultiones peccatorum ipsorum: unde et Job, et Martires, quae passi sunt, propter peccata sua passi sunt.

(12) Concil. Trid. *Sess. VI.*

§. IX.

DE PECCATO (1) ORIGINALI

I. Primus (2) homo Adam cum mandatum Dei in Paradiso fuisset transgressus, statim sanctitatem, et justitiam, in qua constitutus fuerat, amisit, incurritque, per offensam praevaricationis hujusmodi, iram, et indignationem Dei, atque ideo mortem, quam antea illi comminatus fuerat Deus, et cum morte captivitatem sub ejus potestate, qui mortis deinde habuit imperium, hoc est, Diaboli, totusque Adam per illam praevaricationis offensam secundum corpus, et animam in deterius commutatus fuit.

II. Adae (3) praevaricatio non sibi soli, sed etiam ejus propagini nocuit.

III. Nam (4) ille acceptam a Deo sanctitatem, et justitiam, quam perdidit non sibi soli, sed nobis etiam perdidit, et inquinatus per inobedientiae peccatum, non tantum mortem, et poenas corporis in omne genus humanum transfudit, sed etiam peccatum, quod est mors animae.

IV. Hoc (5) autem Adae peccatum, quod origine unum est, et propagatione, non imitatione transfusum omni-

(1) S. Thomas *Part. cit. a* Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Quaest. LXXXI. ad Qu. LXXXVIII. Saec. V. Ditsert. XXI. De Peccato*

(2) Concil. Trid. *Sess. V. in Originali contra Pelagianos. Decreto de peccato Originali.*

(3) Concil. Trid. *ibid. Vide*

(4) Concil. Trid. *Decreto cit.*

(5) Trid. *ibid.*

bus , id est , unicuique proprium , non tollitur per humanae naturae vires , nec per aliud remedium , quam per meritum unius mediatoris Domini Nostri Jesu Christi , qui nos Deo reconciliavit in sanguine suo factus nobis justitia , sanctificatio , et redemptio .

V. Non (6) enim est aliud nomen sub caelo datum hominibus in quo oporteat nos salvos fieri . Unde illa vox (7) : *Ecce agnus Dei , ecce qui tollit peccata mundi .*

VI. Ipsum vero (8) Christi Jesu meritum per Baptismi Sacramentum in forma Ecclesiae rite collatum tam adultis , quam parvulis applicatur juxta illud Apostoli : (9) *Quicumque baptizati estis , Christum induistis .*

VII. Parvuli (10) recentes ab uteris matrum baptizandi sunt , etiamsi fuerint a baptizatis parentibus orti .

VIII. Baptizantur (11) autem in remissionem peccatorum , quia ex Adam trahunt originale peccatum , quod regenerationis lavacro necesse est expiari ad vitam aeternam consequendam .

IX. Nam (12) non aliter intelligendum est id , quod dixit Apostolus (13) : *Per unum hominem peccatum intravit in mundum , et per peccatum mors , et ita in omnes homines mors pertransit , in quo omnes peccaverunt , nisi quemadmodum Ecclesia Catholica ubique diffusa semper intellexit .*

X. Propter (14) hanc enim regulam fidei ex traditione Apostolorum , etiam parvuli , qui nihil peccatorum

(6) Trid. *ibid.*

(7) *Joh. Cap. I. ver. 29. ubi*
Vulgata „ peccatum „ .

(8) Concil. Trid. *in Decret. cit.*

(9) *Ad Galatas Cap. III. Ver. 12.*
ver. 27.

(10) Conc. Trid. *in Decret. cit.*

(11) Trid. *ibid.*

(12) Trid. *ibid.*

(13) *Ad Romanos Cap. V.*

(14) Conc. Trid. *in Decret. Cit.*

in semetipsis adhuc committere potuerunt , ideo in remissionem peccatorum veraciter baptizantur , ut in eis regeneratione mundetur , quod in generatione contraxerunt (15) . *Nisi enim quis renatus fuerit ex aqua , et Spiritu Sancto , non potest introire in regnum Dei .*

XI. Per (16) Jesu Christi Domini Nostri gratiam , quae in Baptismate confertur , reatus originalis peccati remittitur , ac tollitur totum id , quod veram , et propriam peccati rationem habet .

XII. In (17) renatis enim nihil odit Deus , quia nihil est damnationis iis , qui vere consepulti sunt cum Christo per Baptisma in mortem , qui non secundum carnem ambulant , sed veterem hominem exuentes , et novum , qui secundum Deum creatus est , induentes , innocentes , immaculati , puri , innoxii , ac Deo dilecti effecti sunt , haeredes quidem Dei , cohaeredes autem Christi , itaut nihil prorsus eos ab ingressu coeli remoretur .

XIII. Quae (18) in baptizatis manet concupiscentia , vel fomes , peccatum vere , et proprie non est :

XIV. Neque (19) nocere non consentientibus , sed viriliter per Christi Jesu gratiam repugnantibus valet : quin immo , qui legitime certaverit , coronabitur .

XV. Nihil (20) enim aliud est , nisi animi appetitio naturae , seu rationi repugnans : qui motus si voluntatis consensum , aut negligentiam conjunctam non habeat , a veri peccati natura longe abest .

(15) *Job. Cap. III. ver. 3.*

(19) *Trid. ibid.*

(16) *Conc. Trid. in Decret. Cit.*

(20) *Catechismus Romanus*

(17) *Concil. Trid. ibid.*

Part. II. Cap. II. de Sacramento

(18) *Concil. Trid. ibid.*

Baptismi num. 43.

XVI. Peccatum (21) autem a S. Paulo aliquando appellatur, quia ex peccato est, et ad peccatum inclinatur.

XVII. S. Augustinus (22) item, ubi eandem peccatum vocat, peccati nomine latius utitur.

XVIII. Nam alibi (23) disserte profitetur hanc vocari peccatum, non utique, quia peccatum est, sed quia peccato facta est, sicut scriptura manus cujusque dicitur, quod manus eam fecerit: peccata autem esse, quae secundum carnis concupiscentiam, vel ignorantiam illicite fiunt, dicuntur, cogitantur: nec propter ipsam, cujus jam reatus lavacro regenerationis assumptus est, dicere in oratione baptizatos (24): *Dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris*, sed propter peccata, quae fiunt sive in ejus consensionibus, cum ab eo, quod libet, vincitur quod placet, sive, cum per ignorantiam malum, quasi bonum, placet.

XIX. Hinc Tridentina Synodus (25) eos a Catholicae Ecclesiae communionem sejunxit, qui concupiscentiam in baptizatis, et justificatis non tantum poenam peccati, sed etiam vere, et proprie peccatum esse affirmarent.

XX. Inde S. Pius V., et Gregorius XIII. (26) hanc Bani propositionem damnaverunt (27): *Prava desideria, quibus ratio non consentit, et quae homo invito patitur, sunt prohibita praecepto: Non concupisces.*

(21) Concil. Trid. in Decret. *stolas Pelagianorum Cap. XIII. n. 27. cit.* Confer Catechismum Romanum Part. III. Cap. X. De nono et decimo Praecepto num. 8.

(22) Lib. V. contra Julianum Cap. III. num. 8. Tom. X.

(23) Lib. I. contra duas Epi-

(24) Matthaei cap. VI. ver. 12.

(25) In Decret. cit.

(26) Constit. Provisionis nostrae Concil. Tom. XXI. Col. 610. seqq.

(27) Num. LI.

XXI. Nam peccatum, (28) quod praecepto illo prohibetur, tum natura existit, cum post cupiditatum malarum impulsus animus rebus pravis delectatur, atque his vel assentitur, vel non repugnat. Id quod divus Iacobus, cum peccati originem et progressionem ostendit, illis verbis docet: (29) *Unusquisque tentatur a concupiscentia sua abstractus, et illectus; deinde concupiscentia cum conceperit, parit peccatum; peccatum vero, cum consummatum fuerit, generat mortem.*

XXII. Verum, etsi prava illa cupiditas, quae carnis concupiscentia, et peccati fomes nuncupatur, cui per continentiam repugnamus, ipsaque libido, quae vincitur amore virtutis, nisi assensionem adjunctam habeat, in justificatis, et baptizatis peccatum proprie non sit; tamen naturae bonum non (30) est:

XXIII. Neque fuit (31) in Paradiso ante peccatum, sed ex illo accidit peccato, quod primum primo homini Diabolus persuasit.

XXIV. Non omne (32) scelus est ejus conditionis, ut suum auctorem, et omnes posteros eo modo inficere possit, quo infecit prima transgressio.

(28) Catechismus Romanus
loc. cit. num. 12.

(29) *In Epistola Catholica*
cap. I. ver. 14. seq.

(30) Consulatur S. Augustinus in libris contra Pelagianos praesertim *lib. IV. contra Julianum Cap. XIV. n. 65, et lib. V. Cap. VII. num. 27.*

(31) S. Augustinus *lib. IV. contra Julianum num. cit.*

(32) Bajus *Prop. LII.* „ Om-
„ ne scelus est ejus conditionis, ut
„ suum auctorem, et omnes po-
„ steros eo modo inficere possit,
„ quo infecit prima transgressio „ „
et Prop. LIII. „ Quantum est ex vi
„ transgressionis, tantum merito-
„ rum malorum a generante con-
„ trahunt, qui cum minoribus na-
„ scuntur vitiis, quam qui cum
„ majoribus „ . Legatur Fr. Jo.

§. X.

DE (1) LEGIBUS

I. Lex praescripta Israelitico populo (2) bona fuit .

II. Fuit autem praescripta a Deo (3) Domini Nostri Jesu Christi Patre

III. Quamquam (4) enim per Angelos data esse dicitur , nemo tamen dubitare potest , ipsum Deum esse ejus legis auctorem .

IV. Cujus (5) rei satis amplum testimonium praebent non solum ipsius legislatoris verba , sed infinita pene Scripturarum loca , quae cuivis facile (6) occurrunt .

V. Verum , etsi bona fuerit , atque ex ipso bonitatis fonte profecta , tamen justitiae , qua Deo accepti reddimur , conferendae potestate (7) caruit .

Fran. Bernardi M. De Rubeis Ord. Praed. *Tractatus Theologicus de Peccato Originali, ejusque natura, ac traduce, et poena: deque multiplici statu hominis, innocentis, lapsi, reparatique: ac de possibili purae naturae statu, in quo Haeresum Historia diligentius enarratur, vindicantur Fidei Catholicae dogmata, ac solidiores, quae agi solent in Scholis, juxta S. Thomae Aquinatis doctrinam dirimuntur quaestiones: Venet. 1757.*

(1) S. Thomas Part. cit. a Quaest. XC. ad CIX.

(2) S. Paulus ad Romanos

Cap. VII. ver. 12. et in I. ad Timotheum Cap. I. ver. 8.

(3) Vide Eugenium IV. in Decreto pro Jacobinis, et Concil. Trid. loc. cit. Adnot. 2. et 3. ad §. I.

(4) Catechismus Romanus Part. III. Cap. I. de Decalogo, Divinisque legibus num. 3.

(5) Catech. Rom. num. eod.

(6) Vide *Exercitationem de Caeremonialibus Praeceptis Israelitico Populo praescriptis quam edidimus anno 1780. cap. 2.*

(7) Concil. Trid. Sess. VI. de Justificatione Can. I.

VI. Hinc caeremonialia praecepta ab Ezechiele (8) dicuntur *non bona*, et a S. Paulo (9) *egena*, et *infirmamenta*, quae culpa non (10) vacarint, appellantur.

VII. Ceterum non defuit hominibus auxilium, quo consequi salutem sempiternam possent, fides scilicet (11) mediatoris.

VIII. Quamobrem fide (12) *Moyse* grandis factus negavit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo Dei, quam temporalis peccati habere jucunditatem, majores divitias aestimans thesauro Aegyptiorum improprium Christi.

IX. Gedeon (13) quoque, Barac, Samson, Jephthe, David, Samuel, et Prophetae, per fidem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones.

X. Christus Dominus (14) non solum, ut Redemptor; cui fidant, sed etiam, ut Legislator, cui obediunt, datus hominibus fuit.

XI. Proinde legi Evangelicae verac legis ratio (15) competit.

XII. Ex quo sequitur, nefariam, impiamque illorum esse sententiam, qui, magno ipsorum malo, docere non verentur, nihil praeceptum esse in Evangelio, praeter fidem, cetera esse indifferentia, neque praece-

(8) *Cap. XX. ver. 25.*

cam Epistolam Lect. IV.

(9) *Ad Galatas Cap. IV. ver. 9.*

(12) S. Paulus in *Epist. ad Haebreos Cap. XI. ver. 24. seqq.*

(10) *Ad Haebreos Cap. VIII. ver. 7.*

(13) *Cap. eod. ver. 32. seqq.*

(14) *Concil. Trid. Sess. VI.*

(11) Vide S. Paulum in *Epistola ad Galatas Cap. II. vers. 16.*
et S. Thomam in *Commentariis in*

de Iustificatione can. 21.

(15) Vide *Concil. Trid. sess. cit. in Decr. de Iustificatione Cap. XI.*

pta, neque prohibita, et decem decalogi praecepta nihil pertinere ad Christianos, et hominem justificatum non teneri ad observantiam mandatorum Dei, sed tantum ad (16) credendum.

XIII. Etenim certum est, atque exploratum, Evangelium non esse nudam, et absolutam promissionem vitae aeternae (17) sine conditione observationis mandatorum.

XIV. Nam Christus Dominus non modo testatus est, se non venisse, ut legem solveret, sed ut (18) imple- ret, ac decalogi praecepta confirmavit, et a falsis Scri- barum, et Pharisaeorum interpretationibus (19) vindi- cavit, verum etiam Apostolis praecepit, ut mandata sua (20) servarent, atque illos, qui Baptismo initiati ab ipsis fuissent, docerent (21) servare omnia, quae- cumque ipsis mandaverat.

XV. S. Paulus (22) quoque, cujus auctoritate haere- tici impietatem suam tueri maxime conantur, non praep- tium, non circumcisionem quidquam esse, sed ob- servationem mandatorum Dei, scribit.

XVI. Quod (23) vero eandem sententiam alibi re- petit, et novam creaturam in Christo tantum dicit va- lere, intelligimus, plane eum novam creaturam in Chri- sto dicere, qui mandata Dei observat. Is enim, qui

- (16) Concil. Trid. Sess. cit. 15. Cap. XV. vers. 10.
can. XIX. et XX. (21) Matthaei Cap. XXVIII.
(17) Tridentinum *ibid.* can. ver. 19. seq.
XX. (22) Catechismus Romanus
(18) Matthaei Cap. V. ver. 18. Part. III. de Decalogo Cap. I. n. 8.
(19) *Ibidem* vers. 20. seqq. (23) Catechismus Romanus
(20) Johannis Cap. XIV. vers. num. eod.

habet mandata Dei, ac servat, diligit Deum, Domino ipso teste apud Joannem (24): *Si quis diligit me, sermonem meum servabit.*

XVII. Ecclesiae Praesidibus legum de rebus, quae ad Religionem pertinent, dicendarum jus est.

XVIII. Principes etiam civilis reipublicae leges ferre de iis, quibus temporalis hominum felicitas continetur, possunt.

XIX. Jam vero legibus a potestate sive Ecclesiastica, sive laica editis conscientiae obstringendae vis (25) inest.

XX. Errant igitur vehementer Protestantes, qui ipsas, modo legitimarum potestatum contemptus, ac proximorum offensio absit, violari sine crimine posse defendunt.

XXI. Illa porro (26) Apostolorum prohibitio ab immolatis simulacrorum, et sanguine, et suffocato illi tempore congruit, quo ex Judaeis, atque Gentilibus, qui antea diversis caeremoniis, moribusque vivebant, una surgebat Ecclesia, ut cum Judaeis etiam Gentiles aliquid communiter observarent, et in unum Dei cultum, fideique conveniendi praeberetur occasio, et dissensionum materia tolleretur, cum Judaeis propter antiquam consuetudinem sanguis, et suffocatum abominabilia viderentur, et esu immolati potuerant arbitrari Gentiles ad idololatriam redituros.

XXII. Ubi autem (27) eo usque propagata est Chri-

(24) *Cap. XIV. vers. 23.*

(25) *Lucae Cap. X. vers. 16. ad Romanos Cap. XIII. ver. 5.*

(26) *Eugenius IV. in Decreto pro Iacobinis Concil. Tom. XVIII. col. 1225.*

(27) *Eugenius IV. ibid. VI. de Exercitationem cit. de Caeremonialibus praecipis Cap. IV. Et Natalis Alexandri in Hist. Eccl. Saec. I. Dissert. X. De abstinentiae a sanguine et a suffocatis Apostolico praecipito.*

stiana Religio , ut nullus in ea Judaeus carnalis appareat , sed omnes ad Ecclesiam transeuntes in eodem ritus Evangelii , caeremoniasque conveniant , credentes omnia munda mundis , illius Apostolicae prohibitionis caussa cessante , etiam cessavit effectus .

§. XI.

DE (1) GRATIA

I. **H**omo (2) suis operibus , quae vel per humanae naturae vires , vel per legis doctrinam fiunt , absque divina per Jesum Christum gratia non potest justificari coram Deo :

II. Neque sine (3) praeviente Spiritus Sancti inspiratione , atque ejus adjutorio , potest credere , sperare , diligere , aut poenitere , sicut oportet , ut ei justificationis gratia conferatur .

III. Divina (4) gratia per Jesum Christum non ad hoc solum datur , ut facilius homo juste vivere , et vitam aeternam promereri possit , quasi per liberum arbitrium sine gratia utrumque , sed aegre tamen , et difficulter possit :

IV. Nec valet (5) ad solam remissionem peccato-

(1) S. Thomas *Part. cit. a quaest. CIX. ad CXIII.*

(2) *Concil. Trid. Sess. VI. de Justificatione Can. 1. Vide Natalem Alexandrum in Hist. Eccl. Saec. V. Dissert. XXII. De necessitate gratiae Christi contra Pelagianos , et Semipelagianos.*

(3) *Concil. Trid. sess. cit. can. III.*

(4) *Ibid. can. II.*

(5) *Concil. Milevitanum II. Can. III. Concil. Tom. III. col. 381. Vide Adnot. 3. col. 379. seqq. in qua animadvertitur Canones octo priores contra Pelagianos huic Sy-*

rum, quae jam commissa sunt, sed etiam ad adiutorium, ut non committantur.

V. Neque (6) propter hoc tantum nos adjuvat ad non peccandum, quia per ipsam nobis revelatur, et aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus, quid appetere, quid vitare debeamus, sed etiam, quia per illam nobis praestatur, ut quod faciendum cognoverimus, etiam facere diligamus, atque valeamus.

VI. Sicut (7) augmentum, ita etiam initium fidei, ipseque credulitatis affectus, quo in eum credimus, qui justificat impium, et ad regenerationem sacri Baptismatis pervenimus, per gratiae donum nobis, non naturaliter, inest.

VII. Unde (8) manifestissime credendum est, quod et illius latronis, quem Dominus ad Paradisi patriam revocavit, et Cornelii Centurionis, ad quem Angelus Domini missus est, et Zacchaei, qui ipsum Dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuit de natura, sed divinae largitatis donum.

VIII. Cum S. Ambrosius, tum S. Joannes Chrysostomus ad initium fidei, et boni operis necessariam esse praevenientem Dei gratiam (9) docuit.

IX. Homo (10) justificatus sine speciali auxilio Dei in accepta justitia perseverare non potest:

nodo attributos in Codice Africanae Ecclesiae aliis Conciliis adscribi.

(6) Concil. Milevitanum *Can. IV. col. ead.*

(7) Concil. Arausicanum II. *Can. V. Concil. Tom. V. col. 809. seq.*

(8) Concil. Arausicanum

can. XXV. col. 813. seq.

(9) Vide Cl. Gazzanigam in *Praelectionibus Theologicis de Gratia actuali et habituali Dissert. II.*

Cap. II. et III.

(10) Concil. Trid. *Sess. VI.*

de Iustificatione Can. XXII.

X. Nec (11) potest in tota vita peccata omnia , etiam venialia , vitare , nisi ex speciali privilegio , quemadmodum de Beata Virgine tenet Ecclesia .

XI. Hinc (12) quod ait S. Joannes Apostolus (13) : *Si dixerimus , quia peccatum non habemus , nos ipsos seducimus , et veritas in nobis non est* , non sic accipiendum est , ut dicatur propter humilitatem oportere dici , nos habere peccatum , non quia vere ita est .

XII. Atque ideo (14) Sancti , cum in oratione Dominica dicunt : *Dimitte nobis debita nostra* , non pro aliis tantum , qui sunt in suo populo peccatores , sed etiam pro seipsis hoc dicunt :

XIII. Et quidem (15) hoc dicunt etiam pro seipsis non tantum humiliter , sed etiam veraciter .

XIV. Praeter gratiam efficacem in hoc naturae lapsae statu admittenda est gratia , cui humana voluntas aliquando resistit , quae recepto in scholis vocabulo sufficiens (16) nuncupatur .

XV. Haec autem gratia sufficiens (17) justis Dei mandata servare volentibus , atque conantibus nunquam

(11) Ibid. Can. 23.

(12) Concil. Arausicanum II. Can. VI. Concil. Tom. V. col. 382.

(13) In Epistola I. Cap. I. ver. 8. Ubi Vulgata ,, Quoniam ,, peccatum non habemus , ipsi nos ,, seducimus ,, .

(14) Concil. Arausic. Can. VII.

(15) Concil. Arausic. Can. VIII.

(16) Prop. II. inter Iansenii propositiones ab Innocentio X. dam-

natas sic habet : ,, Interiori Gratiae ,, in statu naturae lapsae nunquam ,, resistitur ,, .

(17) Prima Iansenii Prop. ab Innocentio X. damnata haec est : ,, Aliqua Dei praecepta hominibus ,, justis volentibus , et conantibus , ,, secundum praesentes quas habent ,, vires , sunt impossibilia : deest ,, quoque illis gratia , qua possi- ,, bilia fiant ,, .

deest, quia (18) Deus sua gratia semel justificatos non deserit, nisi ab eis prius deseratur.

XVI. Itaque Dei praecepta non sunt illis ad observandum (19) impossibilia: nam Deus (20) impossibilia non jubet, sed jubendo monet, et facere quod possis, et petere quod non possis, et adjuvat, ut possis, cujus mandata gravia non sunt, cujus jugum suave est, et onus leve.

§. XII.

DE (1) JUSTIFICATIONE

I. Justificatio (2) impii est translatio ab eo statu, in quo homo nascitur filius primi Adae, in statum gratiae, et adoptionis filiorum Dei per secundum Adam Jesum Christum Salvatorem Nostrum.

II. Quae (3) quidem translatio post Evangelium promulgatum sine lavacro regenerationis, aut ejus voto, fieri non potest, sicut scriptum (4) est: *Nisi quis renatus fuerit ex aqua, et Spiritu Sancto, non potest introire in regnum Dei.*

III. Ipsius (5) vero justificationis exordium in adultis a Dei per Christum Jesum praeveniente gratia sumendum est, hoc est ab ejus vocatione, qua nullis eorum existentibus meritis vocantur, ut qui per peccata

(18) Concil. Trid. Sess. VI. in Decreto de Iustificatione Cap. XI. CXIII.

(19) Vid. Jansenii propositio- nem Adnotatione 17. descriptam.

(20) Concil. Trid. cap. cit. Confer Can. XVIII.

(1) S. Thomas Part. cit. Quaest.

(2) Concil. Trid. Sess. VI. in Decreto de Iustificatione Cap. IV.

(3) Trid. Cap. eod.

(4) Joh. Cap. III. ver. 3.

(5) Trid. in Decreto cit. cap. V.

a Deo aversi erant, per ejus excitantem, atque adjuvantem gratiam ad convertendum se ad suam ipsorum justificationem eidem gratiae libere assentiendo, et cooperando disponantur, ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus Sancti illuminationem, neque homo ipse nihil omnino agat inspirationem illam recipiens, quippe qui illam et abjicere potest, neque tamen sine gratia Dei movere se ad justitiam coram illo libera sua voluntate possit.

IV. Disponuntur (6) autem ad ipsam justitiam, dum excitati divina gratia, et adjuti, fidem ex auditu concipientes, libere moventur in Deum credentes vera esse, quae divinitus revelata, et promissa fuerunt, atque illud in primis a Deo justificari impium per gratiam ejus, per redemptionem, quae est in Christo Jesu, et dum peccatores se esse intelligentes a divinae justitiae timore, quo utiliter conculantur, ad considerandam Dei misericordiam se convertendo, in spem eriguntur fidentes Deum sibi propter Christum propitium fore, illumque, tamquam omnis justitiae fontem, diligere incipiunt, ac propterea moventur adversus peccata per odium aliquod, et detestationem, hoc est per eam poenitentiam, quam ante Baptismum agi oportet, denique dum proponunt suscipere Baptismum, inchoare novam vitam, et servare divina mandata.

V. Ipsa (7) porro justificatio non est sola peccatorum remissio, sed et sanctificatio, et renovatio interioris hominis per voluntariam susceptionem gratiae, et donorum. Unde homo ex injusto fit justus, et ex inimico amicus, ut sit haeres secundum spem vitae aeternae.

(6) Ibid. Cap. VI.

(7) Ibid. Cap. VII.

VI. Hujus (8) vero justificationis unica formalis causa est justitia Dei, non qua ipse justus est, sed qua nos justos facit, qua videlicet ab eo donati renovamur spiritu mentis nostrae, et non modo reputamur, sed vere justii nominamur, et sumus, justitiam in nobis recipientes, unusquisque suam secundum mensuram, quam Spiritus sanctus partitur singulis, prout vult secundum propriam cujusque dispositionem, et cooperationem.

VII. Quamquam (9) enim nemo possit esse justus, nisi cui merita passionis Domini Nostri Jesu Christi communicantur, id tamen in hac impii justificatione fit, dum ejusdem sanctissimae passionis merito per Spiritum sanctum caritas Dei diffunditur in cordibus eorum, qui justificantur, atque ipsis inhaeret.

VIII. Unde (10) in ipsa justificatione cum remissione peccatorum haec omnia simul infusa accipit homo per Jesum Christum, cui inseritur, fidem, spem, et caritatem.

IX. Nam (11) fides, nisi ad eam spes accedat, et caritas, neque unit perfecte cum Christo, neque corporis ejus vivum membrum efficit: qua ratione verissime dicitur fidem sine operibus mortuam, et otiosam esse, et in Christo Jesu neque circumcisionem aliquid valere, neque praeputium, sed fidem, quae per caritatem operatur.

X. Cum vero (12) Apostolus dicit, justificari hominem per fidem, et gratis, ea verba in eo sensu in-

(8) *Cap. eod.*

(9) *Cap. eod.*

(10) *Cap. eod.*

(11) *Cap. eod.*

(12) *Trid. ibid. Cap. VIII.*

telligenda sunt, quem perpetuus Ecclesiae Catholicae consensus tenuit, et expressit, ut scilicet per fidem ideo justificari dicamur, quia fides est humanae salutis initium, fundamentum, et radix omnis justificationis, sine qua impossibile est placere Deo, et ad filiorum ejus consortium pervenire: gratis autem justificari ideo dicamur, quia nihil eorum, quae justificationem praecedunt, sive fides, sive opera, ipsam justificationis gratiam promerentur.

XI. Quamvis autem (13) necessarium sit credere, neque remitti, neque remissa unquam fuisse peccata, nisi gratis divina misericordia propter Christum, nemini tamen fiduciam, et certitudinem remissionis peccatorum suorum jactanti, et in ea sola quiescenti peccata dimitti, vel dimissa esse dicendum est.

XII. Sed neque (14) illud asserendum est, oportere eos, qui vere justificati sunt, absque ulla omnino dubitatione apud semetipsos statuere, se esse justificados, neminemque a peccatis absolvi, ac justificari, nisi eum, qui certo credat se absolutum, et justificatum esse, atque hac sola fide absolutionem, et justificationem perfici, cum nullus scire valeat certitudine fidei, cui non potest subesse falsum, se gratiam Dei esse consequutum.

XIII. Nemo (15) quoque, quamdiu in hac mortalitate vivitur, de arcano divinae praedestinationis mysterio usque adeo praesumere debet, ut certo statuatur, se omnino esse in numero praedestinatorum, quasi verum esset, quod justificatus aut amplius peccare non possit, aut, si peccaverit, certam sibi resipiscentiam promitte-

(13) *Ibid. Cap. IX.*

(15) *Ibid. Cap. XII.*

(14) *Cap. eod.*

[re debeat . Nam , nisi ex speciali revelatione , sciri non potest , quos Deus sibi elegerit .

XIV. Similiter (16) de perseverantiae munere nemo sibi certi aliquid absoluta certitudine polliceatur , tametsi in Dei auxilio firmissimam spem collocare , et reponere omnes debent : Deus enim nisi ipsi illius gratiae defuerint , sicut coepit opus bonum , ita perficiet operans velle , et perficere .

XV. Qui (17) vero ab accepta justificationis gratia per peccatum exciderunt , rursus justificari poterunt , cum excitante Deo , per poenitentiae sacramentum merito Christi amissam gratiam recuperare procuraverint .

XVI. Amittitur (18) autem justificationis gratia non modo per infidelitatem , per quam et ipsa fides amittitur , sed etiam quocumque alio peccato mortali , quamvis non amittatur fides .

XVII. Non (19) omnia opera , quae ante justificationem fiunt , quacumque ratione facta sint , vere sunt peccata , vel odium Dei merentur , neque quanto vehementius quis nititur se disponere ad gratiam , tanto is gravius peccat .

XVIII. Gehennae (20) metus , per quem ad misericordiam Dei de peccato dolendo confugimus , vel a peccando abstinemus , peccatum non est , nec peccatores pejores facit .

(16) *Ibidem Cap. XIII.*

(17) *Ibid. Cap. XIV.*

(18) *Ibid. Cap. XV.*

(19) *Ibid. Can. VII.*

(20) *Ibid. Can. VIII.*

§. XIII.

DE (1) MERITO

I. **H**ominis (2) justificati bona opera ita sunt dona Dei, ut sint etiam bona ipsius justificati merita.

II. Tanta enim (3) est Domini erga omnes homines bonitas, ut eorum velit esse merita, quae ipsius sunt dona.

III. Ac justificatus (4) quidem bonis operibus, quae ab eo per Dei gratiam, et Iesu Christi meritum, cuius vivum membrum est, fiunt, vere meretur augmentum gratiae.

IV. Nam (5) iustitia accepta non modo conservatur, sed etiam augetur coram Deo per bona opera.

V. Quare opera (6) ipsa bona non sunt fructus solummodo, et signa adeptae justificationis, sed et ipsius augendae causa.

VI. Praeterea justificatus bonis operibus vere (7) meretur vitam aeternam, et ipsius vitae aeternae (si tamen in gratia decesserit) consequutionem, atque etiam gloriae augmentum.

VII. Etenim (8) vita aeterna est illa corona iustitiae, quam post suum certamen et cursum repositam sibi esse ajebat Apostolus a justo iudice sibi reddend-

(1) S. Thomas *Part. cit. Quae. CIV.*

(2) Concil. Trid. *Sess. VI. de Iustificatione Can. XXXII.*

(3) Trid. *Sess. ead. in Decreto de Iustific. cap. XVI.*

(4) Trid. *ibid. Can. 33.*

(5) *Ibid. Can. XXIV.*

(6) *Can. eod.*

(7) *Ibid. Can. XXXII.*

(8) *Ibid. in Decreto de Iustificatione Cap. XVI.*

dant: non solum autem sibi, sed et omnibus, qui diligunt adventum ejus.

VIII. Itaque justi debent (9) pro bonis operibus, quae in Deo fuerint facta, expectare, et sperare aeternam retributionem a Deo per ejus misericordiam, et Iesu Christi meritum, si bene agendo, et divina mandata custodiendo usque in finem vitae perseveraverint, et bene operantibus usque in finem, et in Deo sperantibus proponenda est vita aeterna, et tamquam gratia filii Dei per Christum Iesum misericorditer promissa, et tamquam merces ex ipsius Dei promissione bonis ipsorum operibus, et meritis feliciter reddenda.

§. XIV.

DE VIRTUTIBUS (1) THEOLOGICIS

I. Fides, quae virtus est Theologica, est ea (2), cujus vi omnino assentimur iis, quae tradita sunt divinitus.

II. Hanc autem (3) ad salutem consequendam esse necessariam, nemo jure dubitabit, praesertim, cum scriptum sit (4): *sine fide impossibile est placere Deo*.

III. Cum enim (5) finis, qui ad beatitudinem homini propositus est, altior sit, quam ut humanae mentis acie perspicui possit, necesse ei erat, ipsius a Deo cognitionem accipere.

(9) *Ibid. Can. XXVI. Cap. XVI.*

(3) *Catechismus Rom. num.*

(1) *S. Thomas II. Part. II. cod.*

a Quaest. I. ad XLVII.

(4) *In Epistola ad Haebraeos*

(2) *Catech. Rom. Part. I. Cap. I. Cap. XI. ver. 6.*

de Fide et Symbolo num. 1.

(5) *Catechismus Romanus num. cit.*

IV. Haec vero (6) cognitio nihil aliud est, nisi fides, cuius virtus efficit, ut id ratum habeamus, quod a Deo traditum esse sanctissimae matris Ecclesiae auctoritas comprobarit: nulla enim fidelibus potest accidere dubitatio in iis, quorum Deus auctor est, qui est ipsa veritas. Nam (7) si arrogantis, et impudentis hominis est gravi, ac sapienti viro aliquid affirmanti fidem non habere, sed praeterea urgere, ut, quod dixerit, rationibus, aut testibus probetur, cuius temeritatis, atque adeo stultitiae fuerit Dei voces audientem coelestis, ac salutaris doctrinae rationes requirere?

V. Fides itaque (8), seclusa omni non solum ambiguitate, sed etiam demonstrandi studio, tenenda est.

VI Quoniam vero corde (9) creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem, omnino (10) necesse est, ut qui credit, quod animo inclusum habet, cum opus est, aperta fidei professione prae se ferat summaque alacritate palam fateatur, ac praedicet.

VII. Ex quo consequitur, nemini licere exterius fidem (11) negare:

VIII. Aut falsam Religionem (12) simulare.

(6) Catechismus Rom. num. eod. drum in Hist. Eccl. Saec. II. Dissert. XIII. adversus Gnosticos Articulo Unico, quo Martyrii necessitas, et Sanctitas adversus ipsos vindicatur.

(7) Catech. Rom. Part. eadem Cap. II. de primo Symboli articulo num. 3.

(8) Catech. Rom. num. eod. (12) Vide Benedictum XIV.

(9) Ad Romanos Cap. X. ver. 10. Const. Quod Provinciale Concilium I. Augusti 1754. Bullar. ejusd. Edit.

(10) Catech. Rom. loc. cit. Rom. 1757. Tom. IV. pag. 221. seqq. et Natalem Alexandrum in

(11) Vide Natalem Alexan. Hist. Eccl. Saec. II. Dissert. XII.

IX. Fas tamen (13) est non solum privatis hominibus sed etiam pastoribus fuga persecutionem declinare, modo Ecclesiae necessarium, his fugientibus, non desit ministerium.

X. Infidelitas pure (14) negativa in his, quibus Christus non est praedicatus, peccatum non est:

XI. Nec omnia (15) opera infidelium sunt peccata, quod (16) infideles bona opera, ad quae sufficit bonum naturae, aequaliter operari possunt: unde non oportet, quod in omni suo opere peccent.

XII. Quae (17) mortalis hujus vitae propria est caritas, amitti potest.

XIII. Amittitur (18) autem statim, atque aliquis in mortale peccatum labitur.

XIV. Homo enim existens (19) in reatu peccati mortalis, sive in statu aeternae damnationis, veram caritatem habere non potest.

adversus Helceseit. Art. Unico, quo refellitur ipsorum error de simulatione Religionis, et negatione Fidei.

(13) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. II. Dissert. XVIII. Art. II.*, quo fuga in persecutione contra Montanistas vindicatur.

(14) Bajus *Prop. LXVIII.*, In fidelitas pure negativa, in his, in quibus Christus non est praedicatus, peccatum est.

(15) Bajus *Prop. XXV.*, Omnia opera Infidelium sunt pec-

cata et Philosophorum virtutes sunt vitia.

(16) S. Thomas II. *Part. II. Quaest. X. Art. 4.*

(17) Concil. Trid. *Sess. VI. de Justificatione Can. XXIII.*

(18) Concil. Trid. *ibid. Can. XXVII.*

(19) Bajus *Prop. LXX.*, Homo existens in peccato mortali, sive in reatu aeternae damnationis, potest habere veram Charitatem: et charitas etiam perfecta potest consistere cum reatu aeternae damnationis.

XV. Ceterum , amissa ab homine fideli per peccatum caritate , non semper (20) fides amittitur .

XVI. Nam amissa caritate , nisi peccatum sit infidelitatis , remanet (21) fides , quae licet viva non sit , est tamen (22) vera .

§. XV.

DE JURE (1) ET JUSTITIA

I **E**rrarunt vehementer (2) qui divitem manentem in divitiis suis regnum Dei non posse ingredi , nisi omnia sua vendiderit , affirmarunt .

II Nec minus turpiter est lapsus Wicleffus (3) , qui contra Scripturam sacram esse , quod viri Ecclesiastici habeant possessiones , statuit .

(20) Concil. Trid. loc. cit. Can. XXVIII.

(21) Can. eodem .

(22) Legatur omnino *Tractatus Theologicus: De Caritate Virtute Theologica, ejusque natura, multiplici actu, perfectione, praecepto; Vi etiam justificandi hominem, et apprehensione Dei super omnia: Ordine in subjectis, objectisque: intentione, puritate, operumque relatione in Deum: ac interitu demum per lethale peccatum, in quo Haeresum historia textitur, dogmata Fidei adversum errores invectos vindicantur, ac solidiores quae agi so-*

lent in Scholis, juxta S. Thomae Aquinatis doctrinam dirimuntur Quaestiones, Auctore Fr. Jo. Fran. Bernardo M. De Rubeis Ord. Praed.

(1) S. Thomas Part. Cit. a Quaest. LVII. ad LXXXI.

(2) Haeretici quos indicavimus, et confutavimus *Cap. I. Exercitationis de quinque dogmatibus Civili Reipublicae adversis, Christianae Religioni ab Incredulis per Calumniam affectis, typis editae anno 1782.*

(3) Ut liquet ex ejus articulo X. „ Contra Scripturam Sacram est, quod Viri Ecclesiastici ha-

III. Verum etsi nulla lex sit, quae praescribat, ne Christiani homines terrena bona, ut propria, possideant, multo tamen praestat, (4) divitias pietatis, et divinarum rerum studio abjicere.

IV. Nemo vitae (5) suae ita potestatem habet, ut mortem sibi consciscere arbitrato suo possit.

V. Nihil (6) prohibet, quominus Christiani homines principatu in republica potiantur.

VI. Praecepta de sinistra maxilla dexteram percussanti obvertenda, de pallio dimittendo ei, qui tollere vult tunicam, et cetera generis ejusdem, magis (7) ad praeparationem cordis, quae intus est, pertinent, quam ad opus, quod in aperto fit, ut teneatur in secreto animi patientia cum benevolentia, in manifesto autem id fiat, quod iis videtur prodesse posse, quibus bene velle debemus.

„ beant Possessiones. „ Huic praeverant Valdenses, quorum argumenta a Ven. Moneta in *Summa adversus Catharos et Valdenses lib.V. Cap. VII. §. I.* deinde ab aliis egregie refutata nostra aetate iterarunt novi Dogmatistae M. C. F. S. G. &c. quibus accuratissime respondit Cl. Mamachius in Opere inscripto: *Del Diritto libero di possedere della Chiesa.* Vide etiam Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. XIII. et XIV. Dissert. XVI. contra Wicleffum. De Justa Bonorum Temporalium ab Ecclesia Possessione.*

(4) Vide S. Hieronymum in *lib. I. contra Jovinianum num. 3.*

seqq. Tom. II. Edit. Veron. Col. 241. seqq.

(5) Catechismus Romanus *Part. III. Cap. VI. de quinto Praecepto num. 10.*

(6) De hac et proximis Propositionibus usque ad XV. consulari Mamachius *Originum et Antiquitatum Christianarum lib. IV. Part. I. Cap. II. Tom. IV. pag. 24. seqq. et Exercitatio de quinque dogmatibus*, quam indicavi *Cap. III. seqq.*

(7) S. Augustinus *Epistola CXXXVIII: alias V. ad Marcellinum Cap. II. num. 13. Tom. II. col. 425.*

VII. Fas est Christiano controversias de civilibus caussis pro auctoritate dirimere .

VIII. Iudiciis , in quibus de capite cujusquam agitur, interesse, et praeesse :

IX. Capitales sententias in reos , et sones , ex legum praescripto , ferre :

X. In homines facinorosos ab illis , qui necis potestatem habent , capitis condemnatos animadvertere :

XI. Postremo bellum ex justa causa inferre , et rempublicam ab hostibus vi , et armis defendere .

XII. Etenim militiae professionem cum Christianae vitae institutis non pugnare sacrae litterae docent .

XIII. Testantur Patres , in primisque SS. Gregorius Nazianzenus , Ambrosius , Ioannes Chrysostomus , Augustinus , Gregorius Magnus , quibus Orthodoxi omnes Theologi assentiuntur :

XIV. Perpetuus mos jam inde a primis ductus Ecclesiae seculis (3) declarat .

(8) Lutherus art. xxxiii. inter damnatos a Leone X. sic habet : „ Haereticos comburi , est contra voluntatem Spiritus Sancti „ et art. xxxiv. „ Praeliari adversus „ Turcas , est repugnare Deo visitanti iniquitates nostras per illos „ . Huic praeiverant Valdenses , alique haeretici , ut videre est apud Ven. Monetam *Summae adversus Catharos , et Valdenses lib. v. cap. xiiii.* eosque sequuti sunt Petrus Baylius , Voltairius , alii , a quibus non admodum abesse vide-

tur Auctor Epitomis Resolutionum Quaestionum Theologicarum ann. 1786. in Civitate , et Dioecesi Prateni discussarum . Vide ejus testimonium a nobis allatum Not. 44. ad §. 1. ubi per summam imperitiam sacrarum expeditionum originem , et consuetudinem haereticos temporaneis poenis , et morte afficiendi a barbararum gentium in Occidentem irruptione , feraque ipsarum vivendi ratione repetit , ac de ipsis obloquitur . Itaque , si eum audiamus , turpiter caecutierunt tot

XV. Usuras non modo immanes, sed etiam moderatas sacrae literae damnant :

Sanctissimi Pontifices, ac tot Concilia etiam Œcumenica, quae sacras pro recuperanda Palaestina expeditiones decreverunt : caecutiit S. Bernardus Abbas Clarae-Vallensis, qui Conrado III. Imperatori, et Ludovico VII. Galliarum Regi eas suscipiendi auctor fuit : caecutiit S. Ludovicus IX. Galliarum Rex, qui bis cum ingenti exercitu mare trajecit : caecutierunt Sñi Episcopi, qui a Constantino Magno Imperatore, ejusque Successoribus leges adversus Donatistas, aliosque haereticos impetrarunt : caecutierunt Theodosius, et Valentinianus Augusti, qui Manichaeorum criminibus S. Leonis Magni cura, et sollicitudine patefactis, Constitutionem adversus eosdem ediderunt, quae *Tom. I. Operum S. Leonis Edit. Venet. 1753. col. 626. seq.*, atque alibi, legi potest, in qua cavebatur, ut ubi, cumque terrarum quisquam Manichaeorum fuerit deprehensus, poenas, quas in sacrilegos jura sanxerunt, auctoritate publicae severitatis excipiat. Sitque publicum crimen, et omni volenti sine accusationis periculo tales arguere sit facultas. Nec cuiquam licitum tutamque sit, aut celare tales, aut talibus con- niverere : cum omnia de his a nobis confirmata sint retro Principum constituta, ut noverint universi hac edictali lege proposita, Manichaeos dignitate militiae, et urbium habitatione privandos : (ne quis innocens talium conversatione, aut societate capiatur.) Successiones nec capiant, nec relinquunt, (sed fisci nostri viribus aggregentur. Nec eis quod palam interdicimus, ulla fraude quaeratur. Injuriarum careant actione, contractus liberos omnino non habeant.) Primates uniuscujusque militiae, (vel officii mox exigenda per apparitionem vestram) X. librarum auri mulcta percellat, si quem hac superstitione pollutum sciverint militare : neque enim aliquid quid nimium in eos videtur posse decerni, quorum incesta perversitas religionis nomine lupanaribus quoque ignota, vel pendenda committit. Caecutiit denique S. Pius V., quo Pontifice, cum alii violatae Religionis reus, tum praesertim Petrus Carnesecca Florentinus, et Aonius Palearius Verulanus, ille Florentia, hic Me-

diolano Romam adducti extremas poenas luerunt . Haeretici nolent . . . : Ecclesiae, imo vero Principibus Laicis jus esse interimendi eos, qui non recte de fidei rebus sentirent. Verumtamen errant vehementer. Nam quod ad Regum attinet potestatem, quis nesciat eos vim obtinere afficiendi extremis suppliciis publicae tranquillitatis perturbatores? Nulla autem res est, quae pacem publicam magis labefactet, quam differentia religionum. Ac notae quidem nobis sunt turbae, et factiones in Gallia, & Germania ab Lutheranis, Anabaptistis, & Calvinianis religionis causa excitatae. Cum ergo Reges publicae tranquillitatis vindices sint, si falsam introduci in Rempublicam religionem cernunt, quidni auctores sceleris tanti interficere jure poterunt? Ac factum sane id a Regibus in Vetere Testamento fuit, quin Deus illorum agendi rationem improbarit. Imo vero probavit Deus, quemadmodum memoriae commendatum a Sacris Scriptoribus fuit. Rursum si Princeps cernat Populum in interitum sempiternum ruere, quidni impediet, siquidem potest? Cur obsecro, vi adhibita, poenis, timore Israelitae Reges, populum ab Idololatria avocare conati sunt probante Deo? Si hoc jus Regibus adimendum est, quod ad illos non spectet de Religionis negotio judicare; adimendum quoque Regibus Veteris Testamenti fuisset, qui maximi sceleris rei fuissent animadvertendo in idololatrias. Merito igitur Imperatores Christiani leges in haereticos tulerunt. Venio ad Ecclesiam. Fateor mansuetam illam esse oportere. At si satis esse non potest suavitas, ne pervicaces aeternum pereant, cum ipsi omnium salus plurimum cordi esse debeat, utatur necesse est vi, siquidem commodum fuerit. Non autem discrepat ab hoc argumento quod animadvertit Moneta de Ananiae Saphiraeque interitu. Neque vero Christus damnavit eos, qui arbitrati fuissent obsequium praestare Deo, *ad Praesides, et Reges ducendo*, Apostolos, eosque interficiendo, nisi quia injuste egissent veram persequendo religionem. Ceterum id non agit Ecclesia; sed Principi tradit haereticos pervicaces, et praecipuos, ut illos mulctet. Ita Doctissimus Auctor Adnot. in Ven. Monetae Summam *adversus Catharos, et Valdenses pag. 514. num. 13.*

XVI. Patres quoque Ecclesiae, Romanique Pontifices usuras omnes (9) improbant.

§. XVI.

DE (1) RELIGIONE

I. Sancti (2), Angeli, et beatae animae, quae coelesti gloria perfruuntur, pro salute hominum preces assidue faciunt.

II. Multa (3) quoque, eorum merito, et gratia, in nos Deus confert beneficia.

III. Hinc (4) bonum, atque utile est ad eorum opem, auxiliumque confugere.

IV. Qui vero (5) illorum invocationem pugnare cum verbo Dei, adversarique honori unius mediatoris Dei, et hominum Iesu Christi asserunt, impie (6) sentiunt.

(9) Legito Theologos qui nostra aetate novos Usurarum patronos, (quo in numero Quesneliani plurimi, egregii scilicet illi purioris Doctrinae morum restitutores eminent) solidis operibus refutarunt ut Petrum Ballerinium, Danielem Concinam, alios, et Benedicti XIV. Const. Vix pervenit, Bullarii ejusd. Edit. Rom. Tom. I. pag. 578. seqq.

rum. Confer Catech. Rom. Par. IV. cap. IX. de Orationis Dominicae Prooemio num. 6. et Par. III. cap. II. de primo Decalogi praecepto num. 8. seqq.

(1) S. Thomas Part. cit. a Quaest LXXXI. ad CI.

(3) Catech. Rom. Part. IV. cap. cit. num. 6.

(2) Concilium Tridentinum sess. XXV. in decreto de Invocatione Veneratione et Reliquiis Sancto-

(4) Concil. Trident. in decreto cit. et Catech. Rom. Par. III. cap. II. num. 8. seqq.

(5) Concil. Trident. Decret. cod. et Catech. Rom. Par. III. cap. II. num. II.

(6) Vide Natalem Alexandrum in Hist. Eccl. Sacc. V. Dissert. XXV. adversus Haeresim Vi-

(6) Vide Natalem Alexandrum in Hist. Eccl. Sacc. V. Dissert. XXV. adversus Haeresim Vi-

V. Sanctorum Martyrum (7), et aliorum cum Christo viventium sancta corpora, quae viva membra fuerunt Christi, et templum Spiritus Sancti, ab ipso ad aeternam vitam suscitanda, et glorificanda, a fidelibus veneranda (8) sunt.

VI. Neque eorum (9) opis impetrandae causa, illorum memoriae frustra (10) frequentantur.

VII. Per historias (11) mysteriorum nostrae redemptionis picturis, vel aliis similitudinibus expressas eruditur, et confirmatur populus in articulis fidei commemorandis, et assidue recolendis: tum vero de omnibus sacris imaginibus magnus fructus percipitur non solum, quia admonetur populus beneficiorum, et munerum, quae a Christo sibi collata sunt, sed etiam quia Dei per Sanctos miracula, et salutaria exempla oculis fide-

gulantii: qua etiam recentiorum Hagiomachorum errores, Joannis Dalaci praesertim libris de Religiosi cultus objecto defensi, refelluntur, et evertuntur. Quaest. I. De Sacrarum Reliquiarum veneratione.

(7) Concil. Trident. in decreto cit. et Catech. Rom. Par. III. cap. II. num 15.

(8) Vide Natalem Alexandrum *Dissert. cit. adnot. 6. quaest. I.*

(9) Concil. Trident. in decreto cit.

(10) Pseudo-Theologus Auctor *Epitomis Resolutionum Quaestionum Theologicarum* anno 1786. in Civitate, et Dioecesi Prateni discussarum in resp. ad quaest. VIII.

*pag. 21. seq. „ ex quo, inquit, barbarae nationes Occidentem occuparunt cum . . . ii belatores, et venatores essent continuis assueti itineribus se dederrunt peregrinationibus Religionis causa susceptis „ . Quam impudenter autem mentiatur, evincitur ex perspicuis monumentis, quae proferunt Cardinalis Bellarminus de cultu Sanctorum Lib. III. cap. VIII. et alii. Confer Petri Lazzari *disquisitionem de Sacra veterum Christianorum Romana peregrinatione. Romae 1774.**

(11) Concil. Trident. in decreto cit.

lium subjiuntur, ut pro iis Deo gratias agant, ad Sanctorumque imitationem vitam, moresque suos componant, excitenturque ad adorandum, ac diligendum Deum, et ad pietatem colendam.

VIII. Quamobrem (12) imagines Christi, Deiparae Virginis, et aliorum Sanctorum, in templis praesertim, habendae, et retinendae sunt, eisque debitus honor, et veneratio impertienda, non quod credatur inesse aliqua in iis divinitas, vel virtus, propter quam sint colendae, vel quod ab eis sit aliquid petendum, vel quod fiducia in imaginibus sit figenda, veluti olim fiebat a gentibus, quae in idolis spem suam collocabant; sed quoniam honos, qui eis exhibetur, refertur ad prototypa, quae illae repraesentant, itaut per imagines, quas osculamur, et coram quibus caput aperimus, et procumbimus, Christum adoremus, et Sanctos, quorum illae similitudinem gerunt (13), veneremur.

IX. Non semper oratio (14) impiorum novum peccatum est, et quod Deus illis concedit, novum in eos iudicium.

X. Vota ad Iudaicas (15) caeremonias a Christo sublatas non pertinent

XI. Quin immo facere (16) idem opus cum voto est

(12) *Ibid.*

(13) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. VIII. Dissert. VI. De Imaginibus adversus veteres novosque Iconomachos, ac praesertim contra libros IV. Joannis Dallaci Calvinistae Ministri.*

(14) Quesnel. *prop. 59.* „Oratio impiorum est novum pec-

„ catum, et quod Deus illis concedit, est novum in eos iudicium. „

(15) Vide Bellarminum de *Monachis lib. II. cap. XV. seqq.* ubi Petrum Martyrem Vermilium refellit.

(16) S. Thomas II. *Part. II. Quaest. LXXXVIII. art. VI.*

melius, et magis meritorium, quam facere sine voto.

XII. Iusjurandum (17) bonum est, ejus tamen frequens usus minime laudabilis.

XIII. Christus (18) Dominus Matth. Capite V. dumtaxat pravam rerum levissimarum causa jurandi consuetudinem improbat.

XIV. Veteres etiam (19) Patres, qui jusjurandum generatim reprehendere videntur, hoc unum volunt, a juramento abstinendum, nisi necessitas cogat.

§. XVII.

DE (1) INCARNATIONE

I. Dominus (2) Noster Jesus Christus est verus Deus, et verus homo;

II. Ante (3) saecula quidem de Patre genitus secundum (4) Deitatem, in novissimis autem diebus idem propter nos, et propter salutem nostram ex Maria Virgine (5) Dei genitrice (utpote quae ipsum Deum Ver-

(17) Catech. Rom. *Par. III. cap. III. de secundo Decalogi praecepto num. 6.*

(18) *Ibid. num. 18.*

(19) Vide Catech. Rom. *loco cit. num. 19.* et Theologos de juramento.

(1) S. Thomas III. *Part. a quaest. 1. ad LI.*

(2) Concilium Lateranense Praeside S. Martino I. *Secret. V. Concil. Tom. VII. col. 355.*

(3) Concilium Lateranense *loco cit. et Can. III. col. 358. seq.*

(4) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. I. Dissert. XXVII. adversus Cerinthum Art. I., quo refellitur ejus error, Christum a Jesu dividens, et purum esse hominem, asserentis ex Josepho genitum.*

(5) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. V. Dissert. XXIII. adversus Haeresim Nestorii Art. II. Utrum Beatissima Virgo*

bum specialiter, et veraciter (6), qui ante saecula natus est, in ultimis saeculorum absque semine concepit ex Spiritu Sancto, et incorruptibiliter genuit, indissolubili permanente, et post partum ejusdem (7) virginitate) secundum humanitatem;

III. Consubstantialis (8) Patri secundum (9) Deitatem, et consubstantialis Matri secundum humanitatem per omnia nobis (10) similem absque peccato;

IV. Immortalis (11), et aeternus ex natura divinitatis, passibilis (12), et temporalis ex conditione assumptae humanitatis;

V. Perfectus (13) Deus, perfectus homo, ex anima

Maria vere proprieque dicenda sit Tom. XVIII. col. 544.
Mater Dei.

(6) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. II. Dissert. XV. Art. II. quo refellitur error Valentini, asserentis, Christum nihil ex B. Maria Virgine sumpsisse, et corpus e Coelo detulisse: Et in Hist. Eccl. Saec. I. Dissert. XXVIII. adversus Ebionem Art. Vnic. , quo refellitur ejus error, effutientis Christum ex consortio Mariae cum Josepho fuisse genitum.*

(7) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. IV. Dissert. XLVIII. De perpetua Virginitate Sanctissimae Deiparae Mariae, adversus Helvidium, Jovinianum, et Bonosum.*

(8) Eugenius IV. in *Decret. pro Instructione Armenorum Concil.*

(9) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. IV. Dissert. XLII. adversus Arianos, Quaest. Unica De Filii Dei Consubstantialitate.*

(10) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. I. Dissert. XXVI. adversus Basilidem Art. I. quo refellitur error Basilidis de natura humana, et carne a Filio Dei specie tenuis suscepta.*

(11) Eugenius IV. in *Decret. pro Jacobinis Concil. Tom. cit. col. 1223.*

(12) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. VI. Dissert. VI. adversus Aphotardocetas, qua probatur Christi Corpus ante Resurrectionem corruptibile fuisse.*

(13) *Symbol. Athanas. Concil.*

rationali (14), et humana carne subsistens :

VI. Aequalis (15) Patri secundum divinitatem , minor Patre secundum humanitatem ;

VII. Qui licet (16) Deus sit , et homo , non duo tamen , sed unus (17) est Christus ;

VIII. Unus (18) autem non conversione divinitatis in carnem , sed assumptione humanitatis in Deum :

IX. Unus (19) omnino non confusione (20) substantiae , sed unitate personae :

X. In qua una (21) eademque persona divina , et hu-

Tom. II. col. 630. De hujus Symboli Auctore variae sunt , interque se discrepantes Eruditorum sententiae , quas recenset Azevedo *Exercit. Liturg. de Divino Officio Exercit. XXXVIII. num. 3.* Quod autem attinet ad auctoritatem , quam in Ecclesia universa Symbolum istud obtinet , audiendus S. Thomas , qui *II. Par. II. Quaest. I. art. X.* „ Athanasius , inquit , non compositionem fidei per „ modum Symboli , sed magis per „ modum cujusdam doctrinae , ut „ ex ipso modo loquendi apparet . „ Sed quia integram fidei veritatem „ ejus doctrina breviter continebat ; auctoritate Summi Pontificis est recepta , ut quasi regula „ Fidei habeatur . „

(14) Vide Natalem Alexandrum *in Hist. Eccl. Saec. IV. Dis-*

sert. XLVI. adversus Haeresim Apollinaris .

(15) Symbol. Athanas. *loc. cit.*

(16) *Ibid.*

(17) Vide Natalem Alexandrum *in Hist. Eccl. Saec. V. Dissert. XXIII. adversus Haeresim Nestorii Art. I. Prop. Unica , unam esse Christi personam , naturis constantem duabus , unumque Dei , et hominis Filium , Scripturae Sacrae , SS. Patrum , et Conciliorum Oraculis , adversus Nestorium evincitur .*

(18) Symbol. Athanas. *Tom. cit.*

(19) *Ibid.*

(20) Vide Natalem Alexandrum *in Hist. Eccl. Saec. V. Dissert. XXIV. adversus Haeresim Eutychianam .*

(21) Eugenius IV. *in Decret. pro Jacobinis Concil. Tom. XVIII. col. 1226.*

mana natura integrae, inviolatae, incorruptae, inconfusae, distinctaeque manserunt;

XI. Et duae naturales (22) voluntates, non contrariae, sed sequens humana ejus voluntas, et non resistens, vel reluctans, sed potius et subjecta divinae ejus, atque omnipotenti voluntati;

XII. Et duae (23) naturales operationes indivise, inconvertibiliter, inconfuse, inseparabiliter, hoc est divina operatio, et humana (24) operatio:

XIII. Verus (25) in utraque substantia Dei filius, non putativus,

XIV. Sed (26) verus non (27) adoptione, sed proprietate;

XV. In assumpta (28) humanitate passus vera carnis passione, mortuus vera corporis sui morte:

XVI. Nec passus, et mortuus pro salute (29) dumtaxat praedestinatorum.

(22) Concilium Lateranense
sub Martino I. *Secret. V. Concil.*
Tom. VII. col. 355. seq.

(23) *Ibid.*

(24) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. VII. Dissert. V. adversus Haeresim Monothelitarum.*

(25) Concilium Francofordiense
in professione Fidei *Concil. T. IX. col. 97.*

(26) *Ibid.*

(27) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. VIII. Dissert. VII. contra Felicis et Elipandii Haeresim.*

(28) Concilium Francofordiense
se loc. cit.

(29) Uti constat ex Innocentii X. *Const. Cum occasione. De quinque propositionibus ex Jansenii libro excerptis. Concil. Tom. XXI. col. 1644.*, in qua Constitutione Jansenii propositionem quintam „ Semipelagianum est dicere, Christum pro omnibus omnino hominibus mortuum esse, aut sanguinem fudisse: falsam, temerariam, scandalosam, et intellectam eo sensu, ut Christus pro salute dumtaxat praedestinatorum mortuus sit „ impiam, blasphemam

§. XVIII.
DE SACRAMENTIS (1) IN GENERE

I. Omnia (2) Sacramenta novae legis fuerunt a Jesu Christo Domino Nostro instituta :

II. Nec sunt (3) plura, aut pauciora, quam septem, videlicet, Baptismus, Confirmatio, Eucharistia, Poenitentia, Extrema Unctio, Ordo, et Matrimonium ;

III. Et quodlibet (4) horum septem est vere, et proprie Sacramentum.

IV. Sacramenta autem novae legis multum a Sacramentis (5) differunt antiquae legis.

V. Nam Sacramenta antiquae legis non (6) causabant gratiam, sed eam solum per passionem Christi dandam esse figurabant.

VI. Sacramenta vero novae legis et (7) continent gratiam, quam significant, et gratiam ipsam non ponentibus obicem conferunt.

VII. Conferunt autem gratiam ex (8) opere operato, nimirum ex Christi sanguinis virtute.

mam, contumeliosam, divinae pietati derogantem, et haereticam declarat, et uti talem damnat.

(1) S. Thomas III. Part. a quaest. LX. ad LXVI.

(2) Concilium Tridentinum Sess. VII. de Sacramentis Can. I.

(3) Can. eod.

(4) Can. eod.

(5) Eugenius IV. in Decreto pro Armenis Sacro approbante Flo-

rentino Concilio, Concil. Tom. XVIII. col. 546. confer Concil. Tridentinum loc. cit. Can. II.

(6) Eugenius IV. in Decreto cit. et Triden. can. VI.

(7) Concil. Triden. ibidem can. VI.

(8) Concil. Trident. loc. cit. can. VIII. Catechismus Rom. par. II. cap. I. de Sacramentis in genere num. 19.

VIII. Neque hanc gratiam, quantum est (9) ex parte Dei, aliquando dumtaxat, et aliquibus, sed semper, et omnibus, qui ea rite suscipiant, conferunt.

IX. Igitur Sacramenta legis Evangelicae non eo tantum differunt (10) a Sacramentis antiquae legis, quod caeremoniae sunt aliae, et alii ritus externi:

X. Nec sunt (11) superflua:

XI. Aut (12) propter solam fidem nutriendam instituta:

XII. Nec (13) signa tantum externa sunt acceptae per fidem gratiae, et justitiae, et notae quaedam Christianae professionis, quibus apud homines discernuntur fideles ab infidelibus:

XIII. Nec (14) sine ipsis, aut eorum voto per solam fidem homines a Deo justificationis gratiam adipiscuntur:

XIV. Sed ad salutem sunt (15) necessaria:

XV. Licet (16) omnia singulis necessaria non sint.

XVI. In tribus (17) Sacramentis, Baptismo scilicet, Confirmatione, et Ordine imprimitur character in anima.

XVII. Est autem (18) character, veluti insigne quoddam spirituale animae impressum, quod deleri nunquam potest, eique perpetuo inhaeret.

(9) Conc. Trid. *ibid.* can. VII.

(10) Concil. Trident. *ibidem*
can. II.

(11) Concil. Trident. *ibidem*
can. IV.

(12) Concil. Trident. *ibidem*
can. V.

(12) Conc. Trid. *ibid.* can. VI.

(14) Trid. *ibid.* can. IV.

(15) Trid. can. eod.

(16) Can. eod.

(17) Trid. *ibid.* can. IX.

(18) Catechismus Rom. loc.
cit. num. 30. Confer Concil. Trid.
de Sacr. Can. IX.

XVIII. Unde Sacramenta , quae characterem imprimunt (19) , iterari non possunt .

XIX. Etsi vero omnia novae legis Sacramenta divi-
nam (20) , et admirabilem virtutem in se contineant , ta-
men inter se paria ita non sunt , ut nulla ratione aliud
sit alio dignius .

XX. Non omnes Christiani in verbo (21) , et omni-
bus Sacramentis administrandis potestatem habent .

XXI. In Ministris porro dum Sacramenta (22) con-
ficiunt , aut conferunt , requiritur intentio saltem facien-
di quod facit Ecclesia .

XXII. Minister autem quamvis in peccato morta-
li (23) existat , nihilominus Sacramentum conficit , aut
confert , modo omnia essentialia , quae ad Sacramentum
conficiendum , aut conferendum pertinent , servet .

XXIII. Quin etiam in Sacramentorum Ministro , ut
vere Sacramentum conficiat , aut conferat , sicut non
requiritur probitas , ita (24) nec fides .

XXIV. Recepti , et approbati Ecclesiae Catholi-

(19) Trid. can. eod.

(20) Catechismus Rom. loco
cit. num. 22. et Conc. Trid. Sess. VII.
de Sacr. can. III.

(21) Conc. Trid. *ibid.* can. X.

(22) Trid. *ibid.* can. XI.

Huc pertinet Propositio XXVIII.
inter damnatas ab Alexandro VIII.

„ Valet Baptismus collatus a Mi-
„ nistro , qui omnem ritum exter-
„ num , formamque baptizandi ob-
„ servat , intus vero in corde suo

„ apud se resolvit : Non intendo ,
„ quod facit Ecclesia . „

(23) Concil. Trid. *loc. cit.*
can. XII. Inter Wicleffi articulos in
Concil. Constantiensi damnatos hic
legitur num. IV. „ Si Episcopus , vel
„ Sacerdos existat in peccato mor-
„ tali , non ordinat , non conse-
„ crat , non conficit , non baptizat , „

(24) Vide Concil. Trid. Sess.
VII. de Baptismo can. IV.

cae (25) ritus in solemnibus Sacramentorum administratione adhiberi consueti, nec contemni, nec sine peccato a Ministris pro libito omitti, nec in novos alios per quemcumque Ecclesiae (26) Pastorem mutari possunt.

(25) Concil. Trid. *Sess. ead. de Sacr. Can. XIII.*

(26) Pseudo-Theologus Auctor *Resolutionum ad casus conscientiae in Civitate et Dioecesi Pistoriensi anno 1785. discussos pag. 88.* scribit: „ Parochus, aut alius qui libet privatus Sacerdos, ut statuit etiam Trid. sess. 22. in Decreto de iis quae in celebratione, observari, aut evitari debent, propria auctoritate, idest Episcopo, et Clero Dioecesis inconsulto non potest ritus ab Ecclesia sua receptos, et approbatos circa publicam Sacramentorum administrationem, et divinorum officiorum per solutionem immutare, ne quidem et titulo, quod ritus contrarii puriori primitivae Ecclesiasticae disciplinae magis conformes videantur, ne alias, inquit Van-Espen de Sacramentis in genere cap. 2. haec licentia paulatim latius ser-

„ pens confusionem, aliaque incommoda in ipsos sacros ritus, et Sacramentorum administrationem inducat, . Ubi cum loquatur de Parocho cum reliquis Paroeciae suae Sacerdotibus ita sacramenta conficiente, *ut omnes simul eandem numero missam, idemque numero Sacrificium absolvant*, ipsumque eo nomine reprehendat, quod, Episcopo, et Clero Dioecesis inconsulto, receptum, et approbatum in Ecclesia sua ritum immutaverit, illum immutandi, Episcopo, et Clero assentientibus, potestatem eidem facere videtur, quemadmodum et ipse, et alii ejus symmistae Episcopis, in quorum Dioecesibus Missale, et Breviarium Romanum sunt recepta, aliqua addendi, detrahendique, contra apertissimas Romanorum Pontificum S. Pii V., Clementis VIII., et Urbani VIII. Constitutiones jusasserunt.

§. XIX.

DE (I) BAPTISMO

I. Baptismus (2) Joannis eandem vim non habuit cum Baptismo Christi .

II. Aqua vera (3) , et naturalis est de necessitate Baptismi : non enim verba illa Domini Nostri Jesu Christi (4) : *Nisi quis renatus fuerit ex aqua , et Spiritu Sancto , ad metaphoram aliquam detorquere licet .*

III. In Ecclesia (5) Romana , quae omnium Ecclesiarum mater est , et magistra , est vera de Baptismi Sacramento doctrina .

IV. Judaei (6) , infideles , et haeretici valide baptizant , si ea forma , et materia utantur , quam ex Christi instituto semper Ecclesia Catholica servavit , idque efficere propositum eis sit , quod Ecclesia Catholica in hoc administrationis genere (7) efficit .

V. Sanctus Stephanus I. Romanus Pontifex non omnium haeticorum , quacumque tandem forma datum fuisset , Baptisma valere (8) existimavit .

VI. Baptismus (9) non est liber , hoc est non neces-

(1) S. Thomas *Part. citat. a Quaest. LXVI. ad LXXII.*

(2) Concil. Trid. *Sess. VII. de Baptismo Can. I.*

(3) *Ibidem Can. II.*

(4) *Johannis cap. III. ver. 5.*

(5) Concil. Trid. *l. cit. Can. III.*

(6) *Ibidem Can. IV. Confer Catechismum Rom. Part. II. Cap. de Baptismi Sacramento num. 24.*

(7) Vide Natalem Alexandrum *in Hist. Eccl. Saec. III. Dissert. XXIII. adversus Rebaptizantium errorem , Quaest. unic. , Propositione unica .*

(8) Vide Natalem Alexandrum *in Hist. Eccl. Saec. III. Dissert. XIV. Art. unic. Prop. unic.*

(9) Concil. Trid. *Sess. VII. de Baptismo Can. VIII.*

sarius ad salutem, sed omnibus (10) hominibus Baptismi lex a Domino est praescripta, itaut nisi per Baptismi gratiam Deo renascantur, in sempiternam miseriam, et interitum a parentibus, sive illi fideles sint, sive infideles, procreentur.

VII. Baptizatus (11) potest, si velit, gratiam amittere, eamque amittit per quodcumque mortale peccatum, etiamsi peccatum, in quod labitur, infidelitatis non sit.

VIII. Per Baptismum (12) baptizatus non fit debitor solius tantum fidei, sed etiam universae legis Christi servandae:

IX. Nec liber (13) est ab omnibus S. Ecclesiae praeceptis, quae vel scripta, vel tradita sunt, itaut ea observare non teneatur, nisi se sua sponte illis submittere voluerit.

X. Homines (14) non sic ad Baptismi suscepti memoriam revocandi sunt, ut vota omnia, quae post Baptismum fiunt, vi promissionis in Baptismo ipso jam factae irrita esse intelligant.

XI. Neque vero (15) per vota, quae post Baptismum fiunt, et fidei, quam baptizatus professus est, detrahuntur, et ipsi Baptismo.

XII. Peccata (16), quae post Baptismum fiunt, sola recordatione, et fide suscepti Baptismi non dimittuntur, vel fiunt venialia.

(10) Catechismus Romanus
loc. cit. num. 31.

(11) Conc. Trident. *loc. cit.*
Can. VI.

(12) *Ibid. Can. VII.*

(13) *Ibid. Can. VIII.*

(14) *Ibid. Can. IX.*

(15) *Can. eod.*

(16) *Ibid. Can. X.*

XIII. Verus (17), et rite collatus Baptismus non est iterandus illi, qui apud infideles fidem Christi negavit, cum ad poenitentiam convertitur.

XIV. Baptizari (18) possunt homines etiam ante eam aetatem, qua Christus baptizatus est, et ante ipsum mortis (19) articulum.

XV. Parvuli (20), etiamsi actum credendi non habeant, suscepto Baptismo, inter fideles computandi sunt, ac propterea cum ad annos discretionis pervenerint, non sunt rebaptizandi, nec praestat omitti eorum Baptisma, quam eos non actu proprio credentes baptizari in sola fide Ecclesiae.

XVI. Hujusmodi (21) parvuli baptizati, cum adoleverint, non sunt interrogandi, an ratum habere velint, quod Patrini eorum nomine, dum baptizarentur, polliciti sunt, et ubi se nolle responderint, suo arbitrio relinquendi, nec alia interim poena ad Christianam vitam cogendi, nisi ut ab Eucharistiae, aliorumque Sacramentorum perceptione arceantur, donec resipiscant.

(17) *Ibid. Can. XI.*

(18) *Ibid. Can. XII.*

(19) Vide Natalem Alexandrum
in Hist. Eccl. Saec. XI. et XII. Dissert.
XIII. De Baptismo Infantium contra

Petrobusianos, in Valdensibus, Albigensibus, et Anabaptistis redivivos.

(20) *Trid. loc. cit. Can. XIII.*

(21) *Ibid. Can. XIV.*



§. XX.

DE (1) CONFIRMATIONE

I. Confirmatio (2) baptizatorum non est otiosa caeremonia :

II. Nec olim (3) tantum fuit catechesis , qua adolescentiae proximi fidei suae rationem coram Ecclesia exponebant :

III. Sed est (4) verum , et proprium legis Evangelicae Sacramentum , et in ea veram et propriam Sacramenti rationem Catholica Ecclesia semper (5) agnovit .

IV. Idcirco autem (6) ab Ecclesia Confirmatio hoc Sacramentum vocatur , quoniam qui baptizatus est , cum ab Episcopo sacro Chrismate ungitur , additis solemnibus illis verbis : *Signo te signo Crucis , et confirmo te Chrismate salutis in nomine Patris , et Filii , et Spiritus Sancti* , nisi aliud efficientiam impediat , novae virtutis robore firmior , atque adeo perfectus Christi miles esse incipit .

V. Non sunt injurii (7) Spiritui Sancto ii , qui sacro Confirmationis Chrismati virtutem aliquam tribuunt .

VI. Ordinarius (8) sanctae Confirmationis Minister est solus Episcopus , non quivis simplex Sacerdos .

(1) S. Thomas *part.cit.quaest. LXXII.* X. de Sacramento Confirmationis contra librum Ioannis Dallaci Calvinistae.

(2) Concil. Trident. *Sess. VII. De Confirmatione Can. I.* (6) Catech. Rom. *part. II. Cap. III. De Sacram. Confirmationis num. 2.*

(3) *Can. eod.*

(4) *Can. eod.*

(5) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. II. Dissert. can. II.*

(6) *Ibid. Can. III.*

(7) Concil. Trident. *loc. cit.*

(8) *Ibid. Can. III.*

§. XXI.

DE (1) EUCHARISTIA

I. In sanctissimae (2) Eucharistiae Sacramento continetur vere, realiter, et substantialiter corpus, et sanguis una cum anima, et divinitate Domini Nostri Jesu Christi, ac proinde totus Christus:

II. Fitque (3) conversio totius substantiae panis in corpus, et totius substantiae vini in sanguinem Domini Nostri Jesu Christi, manentibus dumtaxat speciebus panis, et vini: quam quidem conversionem Catholica Ecclesia aptissime Transubstantiationem (4) appellat.

III. Quapropter (5) Christus in Eucharistiae Sacramento non est tantummodo, ut in signo, vel figura, aut virtute:

IV. Neque (6) una cum ejus corpore, et sanguine remanet substantia panis, et vini.

V. In venerabili (7) Sacramento Eucharistiae sub una-

(1) S. Thomas Part. cit. a Panis, et Vini in Corpus Christi, et quaest. LXXIII. ad LXXXIV. Sanguinem: adversus errores Berengarii Sacramentariorum Parentis a

(2) Concil. Trident. Sess. XIII. De Sacrosanctae Eucharistiae Sacramento Can. I. Petrobusianis, Henricianis, Valdensesibus, Wicleffistis propagatos, et in

(3) Ibid. can. II.

Calvinistis redivivos.

(4) Vide Natalem Alexandrum in Hist. Eccl. Saec. XI. et XII. Dissert. XII. De Praesentia Reali Corporis, et Sanguinis Christi in Eucharistia, et de Transubstantiatione

(5) Concil. Trident. loc. cit. can. I.

(6) Ibid. can. II.

(7) Ibid. can. III.

quaque specie , et sub singulis cujusque speciei partibus , separatione facta , totus Christus continetur .

VI. Peracta (8) consecratione in admirabilis Eucharistiae Sacramento est corpus , et sanguis Domini Nostri Jesu Christi non tantum in usu , dum sumitur , sed etiam ante , vel post , et in hostiis , seu particulis consecratis , quae post communionem reservantur vel supersunt , remanet verum corpus Domini .

VII. Salvator (9) Noster sumi voluit Sacramentum hoc , tamquam spiritualem animarum cibum , quo alantur , et confortentur viventes vita illius , qui dixit (10) : *Qui manducat me , et ipse vivet propter me* , et tamquam antidotum , quo liberemur a culpis quotidianis , et a peccatis mortalibus praeservemur .

VIII. Pignus (11) praeterea id esse voluit futurae nostrae gloriae , et perpetuae felicitatis , adeoque symbolum unius illius corporis , cujus ipse caput existit , cuique nos tamquam membra arctissima fidei , spei , et caritatis connexionem adstrictos esse voluit , ut id ipsum omnes diceremus , nec essent in nobis schismata .

IX. Proinde (12) ab Ecclesiae Catholicae doctrina alieni omnino sunt , qui dicunt , vel praecipuum fructum sanctissimae Eucharistiae esse remissionem peccatorum , vel ex ea non alios effectus provenire .

X. Sanctissimo (13) Eucharistiae Sacramento promore in Catholica Ecclesia semper recepto patriae cultus

(8) *Ibid. can. IV.*

(11) *Trid. cap. cit.*

(9) *Concil. Trid. Sess. ead. in Decreto de Sanctissimae Eucharistiae Sacramento cap. II.*

(12) *Trid. loc. cit. can. V.*

(13) *Trid. Decreto cit. cap. V. et can. VI.*

(10) *Joan. cap. VI. vers. 58.*

etiam externus, qui vero Deo debetur, est adhibendus.

XI. Nam in (14) eo praesens est ille idem Deus, quem Pater aeternus introducens in orbem terrarum dicit: (15) *Et adorent eum omnes Angeli Dei*, quem Magi procidentibus (16) adoraverunt, quem denique in Galilaea ab Apostolis adoratum fuisse Scriptura (17) testatur.

XII. Itaque (18) ejus adoratores idololatrae non sunt.

XIII. Pie (19), et religiose admodum in Dei Ecclesiam inductus fuit hic mos, ut singulis annis peculiari quodam, et festo die praecelsum hoc, et venerabile Sacramentum singulari veneratione ac solemnitate celebraretur;

XIV. Utque (20) in processionibus reverenter, honorificeque illud per vias, et loca publica circumferretur,

XV. Et publice (21) adorandum populo proponeretur.

XVI. Fas est (22) sacram Eucharistiam in Sacrario reservare, ejusque (23) reservandae consuetudo adeo antiqua est, ut eam saeculum etiam Nicaeni Concilii agnovit.

XVII. Neque enim (24) Eucharistia statim post consecrationem adstantibus necessario est distribuenda.

(14) Trid. cap. eod.

(15) Ad Haebreos cap. I. cap. V.
vers. 6.

(16) Matth. cap. II. vers. 2.

(17) Matth. cap. XXVIII. vers.

16. seq.

(18) Trid. loc. cit. can. VI.

(19) Trid. in Decreto cit.

(20) Cap. eod.

(21) Trid. ibid. can. VI.

(22) Ibid. can. VII.

(23) Ibid. cap. VI.

(24) Ibid. cap. VII.

XVIII. Fas (25) item est Eucharistiam ad infirmos honorifice deferre, qui usus (26) praeterquamquod cum summa aequitate, et ratione conjunctus est, multis in Conciliis praeceptus invenitur, et vetustissimo Catholicae Ecclesiae more est observatus.

XIX. Christus (27) in Eucharistia exhibitus non tantum spiritualiter, sed etiam sacramentaliter, et realiter manducatur.

XX. Omnes (28), et singuli Christi fideles utriusque sexus, cum ad annos discretionis pervenerint, tenentur singulis annis saltem in Paschate ad communicandum juxta praeceptum S. Matris Ecclesiae.

XXI. Sacerdoti (29) celebranti seipsum communicare licet.

XXII. Sola (30) fides non est sufficiens praeparatio ad sumendum Sanctissimae Eucharistiae Sacramentum.

XXIII. Illis (31), quos conscientia peccati mortalis gravat, ne tantum Sacramentum indigne, atque ideo in mortem, et condemnationem sumant, quantumcumque etiam se contritos existiment, habita copia Confessoris, necessario praemittenda est Confessio Sacramentalis.

XXIV. Quamvis Christus (32) post Coenam instituerit, et suis discipulis administraverit venerabile Eucharistiae Sacramentum, tamen hoc non obstante, sacrorum Canonum auctoritas laudabilis, et approbata consuetu-

(25) *Can. eod.*

(26) *Ibid. cap. VI.*

(27) *Ibid. can. VIII.*

(28) *Ibid. can. IX.*

(29) *Ibid. can. X.*

(30) *Ibid. can. XI.*

(31) *Can. eod.*

(32) *Concil. Constantiense*

Sess. XIII. Concil. Tom. XVII. col. 218.

do Ecclesiae servavit, ac servat, quod hujusmodi Sacramentum non debet confici post Coenam, neque a fidelibus recipi non jejunis, nisi in casu infirmitatis, aut alterius necessitatis a jure, vel Ecclesiae concessio, vel admissio.

§. XXII.

DE COMMUNIONE SUB UTRAQUE SPECIE, ET PARVULORUM.

I. Neque ex Dei praecepto (1), neque ex Christi institutione laici, et clerici non conficientes obligantur ad Eucharistiae Sacramentum sub utraque specie sumendum;

II. Nulloque (2) pacto salva fide dubitari potest, quin illis alterius speciei communio ad salutem sufficiat.

III. Totus (3) enim, et integer Christus omnium gratiarum fons, et auctor, sub una panis specie sumitur, ac propterea, quoad fructum attinet, nulla gratia necessaria ad salutem ii defraudantur, qui unam speciem solam accipiunt.

IV. Jam vero Sancta (4) Ecclesia Catholica justis caussis, et rationibus adducta fuit, ut laicos, atque etiam clericos non conficientes, subpanis tantummodo specie communicaret, et hanc consuetudinem pro lege habendam esse decerneret:

V. Nec ulli legem (5) hanc reprobare, aut sine ipsius

(1) Concil. Trid. Sess. XXI.
in doctrina de Communionem sub utraque specie Parvulorum cap. I., et can. I., et III.

(2) *Ibid.* Cap. I., et Can. I.

(3) *Ibid.* Cap. III. et Can. III.

(4) *Ibid.* Cap. II. et Can. II.

(5) Cap. et Can. cit.

Ecclesiae, quae columna, (6) et firmamentum veritatis cum sit, in illa ferenda non erravit, auctoritate, pro libito mutare licet.

VI. Parvulis (7) antequam ad annos discretionis pervenerint, necessaria non est sacramentalis Eucharistiae communio: Siquidem per Baptismi lavacrum regenerati, et Christo incorporati adeptam jam filiorum Dei gratiam illa aetate amittere non possunt.

§. XXIII.

DE SACRIFICIO MISSAE.

I. In Missa (1) offertur Deo verum, et proprium (2) sacrificium.

II. Neque vero (3) sacrificii istius oblatio in hoc consistit, quod Christus nobis ad manducandum datur.

III. Christus (4) Dominus illis verbis: *Hoc* (5) *facite in meam commemorationem* instituit Apostolos Sacerdotes, et ordinavit, ut ipsi, aliique Sacerdotes offerrent corpus, et sanguinem suum.

IV. Missae (6) sacrificium non est tantum sacrificium laudis, et gratiarum actionis.

(6) S. Paulus in *Epist. I. ad Timoth. cap. III. vers. 15.* *sae adversus Albigenses, et Wiclefistas in Lutheranis, et Calvinistis*

(7) Concil. Trident. *loc. cit. redivivos.*
cap. IV., et Can. IV.

(1) Concil. Trident. *Sess. XXII. De Sacrificio Missae can. I.*

(2) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. XIII., et XIV. Dissert. XIII. De Sacrificio Mis-*

(3) Concil. Trid. *Can. cit.*

(4) *Ibid. Can. II.*

(5) S. Paulus in *epist. I. ad Corinth. Cap. XI. ver. 24.*

(6) Concil. Trident. *loc. cit. Can. III.*

V. Aut (7) nuda commemoratio sacrificii in cruce peracti,

VI. Sed (8) est etiam sacrificium propitiatorium :

VII. Nec (9) soli prodest sumentibus :

VIII. Verum (10) etiam non solum pro fidelium vivorum peccatis, poenis, satisfactionibus, et aliis necessitatibus,

IX. Sed (11) et pro defunctis in Christo nondum ad plenum purgatis rite juxta Apostolicam traditionem offertur.

X. Quoniam (12) vero in divino hoc sacrificio eadem est hostia, idemque offerens Sacerdotum ministerio, qui seipsum in cruce obtulit Christus, sola offerendi ratione diversa, perspicuum est per Missae sacrificium non derogari, multoque minus blasphemiam irrogari Sanctissimo Christi sacrificio in cruce peracto.

XI. Impostura (13) non est Missas celebrare in honorem Sanctorum, et pro illorum intercessione apud Deum obtinenda, sicut Ecclesia intendit.

XII. Quamvis (14) enim in honorem, et memoriam Sanctorum nonnullas interdum Missas Ecclesia celebrare consueverit, non tamen illis sacrificium offerri docet, sed Deo soli, qui illos coronavit, unde nec Sacerdos dicere solet, Offero tibi sacrificium, Petre, vel Paule, sed Deo de illorum victoriis gratias agens, eorum patrocinia implorat, ut ipsi pro nobis intercedere dignentur in coelis, quorum memoriam facimus in terris.

(7) *Can. eod.* (8) *Can. eod.*

(9) *Can. eod.*

(10) *Can. eod., et in Doctrina de Sacrificio Missae cap. II.*

(11) *Ibid.*

(12) *Ibid. cap. II. et can. IV.*

(13) *Ibid. can. V.*

(14) *Ibid. cap. III.*

XIII. Sacer (15) Missae Canon ita ab omni errore purus est, ut nihil in eo contineatur, quod non maxime sanctitatem, ac pietatem quamdam redoleat, mentesque offerentium in Deum erigat, ideoque non est abrogandus.

XIV. Caeremoniae (16), vestes, et externa signa, quibus in Missarum celebratione Ecclesia Catholica utitur, non sunt irritabula impietatis, sed officia pietatis, cum per haec majestas tanti Sacrificii commendetur, et mentes fidelium ad rerum altissimarum, quae in hoc sacrificio latent, contemplationem (17) excitentur.

(15) *Ibid.* Cap. IV., et can. VI.

(16) *Ibid.* cap. V., et Can. VII.

(17) Novi Dogmatistae, qui sibi sapere uni videntur, cum eorum sapientia non sit *desursum descendens, sed terrena animalis diabolica: ubi enim zelus, et contentio, ibi inconstantia, et omne opus pravam: Quae autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suavis, bonis consentiens, plena misericordia, et fructibus bonis, non judicans, sine simulatione,* (S. Jacobus in Epist. Cathol. Cap. III. vers. 15. seqq.) splendidiorem apparatus, quo res Divina peragitur, usumque in sacris peragendis argenteorum, aureorumque vasorum minus probant; atque, ex quo barbarae Nationes Occidentem occuparunt, induci coepisse praeser-

tim in templis, ea quae specie, et pretio sensus alliciunt, effutiant.

(Vide Pseudo-Theologi Pragensis locum a nobis adnot. 44. ad §. I. alatum) Sed quam sint ipsi a Dei Spiritu, quo Sanctissimi viri acti sunt, alieni, et quam Ecclesiasticae Historiae prorsus rudes, intelliget, qui legerit Ludovici Antonii Muratorii *Dissert. XVI. De templorum apud veteres Christianos ornatu, ac de diurno in eis cereorum usu, Anecdotorum Ludovici Antonii Muratorii Tom. I. Mediolani 1697. pag. 178. seqq.* Anastasium Bibliothecarium *de vitis Romanorum Pontificum*, in S. Silvestro I. proximisque Pontificibus, et Cl. Mamachium *Del Diritto libero della Chiesa Tom. II. lib. II. cap. II. §. V. num. 11. pag. 314. seqq.*

XV. Missae , in quibus (18) solus Sacerdos communicat non sunt illicitae .

XVI. Nec privatae (19) censeri debent, sed vere communes, partim quod in eis populus spiritualiter (20) communicat, partim vero, quod a publico Ecclesiae Ministro non pro se tantum, sed pro omnibus fidelibus, qui ad corpus Christi pertinent, celebrentur .

XVII. Igitur non sunt damnandae (21), et abrogandae, sed probandae, et commendandae .

(18) Concil. Trident. *loc. cit.* Cap. VI. et can. VIII.

(19) *Ibid.* cap. VI.

(20) *De Incruento novae Legis Sacrificio communique Theologico-Polemicam Dissertationem edidit Patavii ann. 1779.* Carolus Maria Traversarius a Sac. Indicis Congregatione damnatam *Decreto 3. Decem. 1781.*, una cum alio ejusdem Opere inscripto *Istruzione intorno al Santo Sacrificio della Messa, indirizzata a Teofila* . Ab eadem sacra Congregatione *Decr. 18. Aug. 1775.*, et *Decr. 22. Apr. 1776.*, et proscripta fuerunt opera omnia, quae de hoc ipso argumento Nanneronius vulgaverat, in quibus sane operibus non modo Benedicti XIV. Constitutio *Certiores effecti* die 13. Novembris 1742. data oppugnatur, sed etiam gravissimi errores docentur. Quid igitur? Dogmatistae no-

stri Pistorienses Nanneronium, et Traversarium summis laudibus efferunt, et clarissimos Theologos, quibus agentibus opera illa rejecta fuisse censent, (ignorant enim, aut se ignorare simulant, ex Consultoribus unum fuisse Rmum P. Magistrum Georgium Ord. Eremit. S. Augustini decus, in quem nulla certe Molinianae doctrinae cadere suspicio potest) insectantur, (vide *Risposta di Giammaria Mastripieri &c. pag. 15. seq.*) inque Tom. XII. Opusc. Collect. Pistor. intulerunt num. II. Opusculum hoc titulo : *Giustificazione della dottrina del P. Carlo Traversari intorno al Sacrificio, e alla Comunione della Messa* . Tanta, ac tam pertinax eorum est adversus Sedis Apostolicae judicia contentio .

(21) Concil. Trid. *loc. cit.*, et Can. VIII.

XVIII. Dammandus (22) pariter non est, sed integre retinendus, Ecclesiae Romanae ritus, quo submissa (23) voce pars Canonis, et verba consecrationis, proferuntur.

XIX. Nec lingua (24) tantum vulgari Missae celebrari debent,

XX. Nec contra Christi (25) institutionem est, ut aqua vino in calice offerendo misceatur, immo ita Christus Dominus fecisse creditur.

(22) Ibid. cap.V., et can. IX.
(23) Anonymus Auctor pro-
cacissimi libelli, cui titulus: *Del-
la pronunzia del Canone della Mes-
sa 1787. In Firenze presso Anton-
Giuseppe Pagani*. Ex quo Tridentini Patres hac formula *submissa voce* utantur, negat educi posse, Canonis verba, quae submissa voce recitari jubentur, ita esse recitanda, ut ab his, qui Missae Sacrificio intersunt, non audiantur. Verum, quae verborum illorum *submissa voce* sit vis, facile intellexisset, si ad Haereticorum errorem, quem hoc Canone Tridentini Patres damnant, et ad constantem Romanae Ecclesiae praxim animum advertisset. Equidem insignem audacissimi hujus Scriptoris temeritatem qua clarissimos Rerum Ly-

turgicarum Doctores omni conviciorum genere onerat, castigare facile possem. Sed cum ab erudito viro libelli ab eo vulgati confutandi onus susceptum esse audierim, nolo provinciam ab alio occupatam invadere. Interea Lector consulat Bellarminum *De Missa lib. VI. cap. XII. Tournelyum de Sacramentis in genere quaest. ult. tit. de usu nonnulla in Sacrificio Missae submissa voce pronunciandi*, et Benedictum XIV. *de Sacrificio Missae lib. II. cap. XXIII.* alios, quorum argumenta Anonymus, aut dissimulavit, aut pervertit, aut frustra dissolvere conatus est.

(24) Concil. Trid. *loc. cit. cap. VIII. et can. IX.*

(25) *Ib. cap. VII. et can. IX.*

§. XXIV.

DE (1) POENITENTIA .

I. In Catholica (2) Ecclesia Poenitentia est vere, et proprie Sacramentum pro fidelibus, quoties post Baptismum in mortalia peccata labuntur, Deo reconciliandis a Christo Domino Nostro institutum.

II. Neque vero ullum est tam (3) atrox peccatum, cujus per Sacramentum Poenitentiae remittendi potestatem Catholica Ecclesia a Christo non acceperit.

III. Dominus autem hoc Sacramentum tum praecipue (4) instituit, cum a mortuis excitatus insufflavit in Discipulos suos, dicens (5) : *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, et quorum retinueritis, retenta sunt.*

IV. Haec enim Domini Salvatoris verba sunt (6) intelligenda de potestate remittendi, et retinendi peccata in Sacramento Poenitentiae, sicut Ecclesia Catholica ab initio semper intellexit, non autem, contra in-

(1) S. Thomas III. Part. a Qu aest. LXXXIV. ad XC. et in supplement. III. Part. a Qu aest. I. ad XXIX. unic. Proposit. unic. Novatiani perperam Ecclesiae negarunt potestatem remittendi peccata : nullum enim crimen est, quod Ecclesiae clavibus remitti non possit.

(2) Concil. Trident. Sess. XIV. de Sanctissimo Poenitentiae Sacramento Can. I. (4) Concil. Trident. loc. cit. cap. I.

(3) Ibid. in Doctrina de Sanctissimo Poenitentiae Sacramento cap. I. (5) Joan. c. XX. vers. 22. seq.

(6) Vide Natalem Alexandrum in Hist. Eccl. Saec. III. Dissert. XXII. Qu aest. Can. III. (6) Concil. Trident. ibidem

stitutionem hujus Sacramenti, ad auctoritatem praedici-
candi Evangelium detorquenda.

V. Iam Sacramentum Poenitentiae (7) a Sacramento
Baptismi multis rationibus differt, recteque secunda post
naufragium tabula appellatur.

VI Est autem (8) lapsis in mortale peccatum post
Baptismum, ad salutem necessarium, ut nondum rege-
neratis ipse Baptismus.

VII. Quamquam enim qui se (9) post Baptismum
lethali peccato inquinavit, possit per Dei gratiam re-
surgere, non potest tamen sola fide amissam justitiam
sine Sacramento Poenitentiae, aut ejus voto, recuperare.

VIII. Poenitentiae Sacramenti partes (10) non sunt
incussi conscientiae terrores, agnito peccato, et fides
concepta ex Evangelio, vel absolutione, qua credit quis,
sibi per Christum remissa peccata; sed sunt tres ipsius
poenitentis actus, nempe contritio, confessio, et satisfa-
ctio, qui, quatenus in poenitente ad integritatem Sacra-
menti, ad plenamque, et perfectam peccatorum remis-
sionem, ex Dei institutione requiruntur, hac ratione
Poenitentiae partes dicuntur.

IX. Ea (11) contritio, quae paratur per discussio-
nem, collectionem, et detestationem peccatorum, qua
quis recogitat annos suos in amaritudine animae suae,
ponderando peccatorum suorum gravitatem, multitudi-
nem, foeditatem, amissionem aeternae beatitudinis, et

(7) Concil. Trident. *ibid. cap. II., et Can. II.*

(8) *Ibid. cap. cit., et Can. I.*

(9) Concil. Trid. *Sess. VI. de Justificat. Can. XXIX., et Catech.*

Rom. *Part. II. cap. V. de Poenitentiae Sacramento num. 20.*

(10) Trid. *Sess. XIV. cap. III. et Can. IV.*

(11) *Ibid. Can. V.*

aeternae damnationis incursum, cum proposito melioris vitae, non facit hominem hypocritam, et magis peccatorem, nec est dolor coactus, sed est dolor verus, utilis, et voluntarius, et praeparat ad gratiam.

X. Confessio (12) Sacramentalis jure divino instituta fuit, eodemque jure est ad (13) salutem necessaria.

XI. Modus (14) secrete confitendi soli Sacerdoti, quem Ecclesia Catholica ab initio semper observavit, et observat, non est alienus ab institutione, et mandato Christi:

XII. Nec (15) est inventum humanum:

XIII. Nec a (16) Patribus in Concilio Lateranensi congregatis initium habuit.

XIV. In (17) Sacramento Poenitentiae ad remissionem peccatorum necessarium est jure divino confiteri omnia, et singula peccata mortalia, quorum memoria cum debita, et diligenti praemeditatione habeatur, etiam occulta, et quae sunt contra duo ultima decalogi praecepta, et circumstantias, quae peccati speciem mutant.

XV. Quin et (18) peccata venialia, quibus a gratia Dei non excludimur, et in quae frequentius labimur, quamquam taceri citra culpam, multisque aliis remediis expiari possint, recte, atque utiliter, citraque omnem

(12) Ibid. Can. VI. *stis rediuvos*, et SS. D. N. Pii Sexti Lit. Append. num. VI.

(13) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccles. Saec. XIII. et*

XIV. *Dissert. XIV. de Sacramentali Confessione adversus Valdenses, Albigenses, et Wicleffianos in Calvini-*

(14) Trid. Can. cit.

(15) Can. cod.

(16) Ibid. cap. V.

(17) Ibid. Can. VII.

(18) Ibid. cap. V., et can. VII.

praesumptionem in Confessione dicuntur, quod piorum usus demonstrat, adeoque ea confiteri licet.

XVI. Cum autem (19) universa mortalia peccata etiam cogitationis, quae memoriae occurrunt, Christi fideles confiteri student, procul dubio omnia divinae misericordiae ignoscenda exponunt (tantum abest, ut illi nihil relinquere velint ignoscendum): Qui vero secus faciunt, et scienter aliqua reticent, nihil divinae bonitati per Sacerdotem remittendum proponunt.

XVII. Confessio (20) omnium peccatorum, qualem Ecclesia servat, non est impossibilis.

XVIII. Nec (21) est traditio humana, a piis abolenda.

XIX. Ad (22) eam tenentur omnes, et singuli (23) utriusque sexus Christi fideles, juxta magni Concilii Lateranensis constitutionem semel in anno, et ob id ipsis suadendum est, ut confiteantur tempore Quadragesimae.

XX. Absolutio (24) Sacramentalis Sacerdotis non est nudum ministerium pronunciandi, et declarandi remissa esse peccata confitenti, modo tantum credat, se esse absolutum, sed est actus judicialis, quo ab ipso, velut a judice, sententia pronunciatur.

XXI. Ideo non (25) debet poenitens adeo sibi de sua ipsius fide blandiri, ut, etiamsi nulla illi adsit contritio, aut Sacerdoti animus serio agendi, et vere absolvendi, desit, putet tamen, se propter suam solam fi-

(19) Ibid.

(20) Ibid. *Can. VIII.*

(21) *Can. eod.*

(22) *Can. eod.*

(23) Vide Natalem Alexan-

drum in *Hist. Eccl. Saec. XIII. et*

XIV. Dissert. IV. De sensu Canonis:

Omnis utriusque Sexus.

(24) *Trid. ibid. Can. IX.*

(25) *Ibid. Cap. VI. et Can. IX.*

dem vere, et coram Deo esse absolutum; nec enim fides sine poenitentia remissionem ullam peccatorum praestaret: nec is esset, nisi salutis suae negligentissimus, qui Sacerdotem jocosè absolventem cognosceret, et non alium serio agentem sedulo requireret.

XXII. Vt (26) Sacerdos poenitentem absolvere possit, poenitentis confessio requiritur.

XXIII. Soli (27) Episcopi, et (28) Sacerdotes potestatem ligandi, et solvendi (29) habent.

- | | |
|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|---------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------------|
| (26) <i>Can. eod.</i> | „ obtineat: privilegiis, et consue- |
| (27) <i>Ibid. Can. X.</i> | „ tudine quacumque etiam imme- |
| (28) Vide Natalem Alexandrum <i>in Hist. Eccl. Saec. III. Dissert. IV. Quaest. unica Proposit. unica: Diaconis Absolutionis Sacramentalis lapsis impertiendae nunquam concessa est facultas, nec concessam esse a S. Cypriano colligi potest.</i> | „ morabili non obstantibus „. Atque huc referendae sunt propositiones ab Alexandro VII. damnatae I. num. XIII. „ Satisfacit praecepto „ annuae Confessionis, qui confitetur Regulari, Episcopo praesentato, sed ab eo injuste reprobato. „ II. num. XVI. „ Qui beneficium curatum habent, possunt sibi eligere in Confessarium simplicem Sacerdotem non approbatum ab Ordinario „. Ex his porro judicare per se Lector poterit, quid statuendum sit de doctrina tradita a Pseudo-Theologo Pistoriensi <i>in compendiosis Resolutionibus ad casus conscientiae an. 1786. discussos pag. 6. seq.</i> ubi defendit, Presbyteris nulli regendae Ecclesiae titulo suae ordinationis destinatis relaxare exercitium acceptae per sacram ordinationem potestatis excipien- |
| (29) Conc. Trid. <i>Sess. XXIII. in Decreto de Reformatione cap. XV.</i> | |
| „ <i>Quamvis, inquit, Presbyteri in</i> | |
| „ <i>sua ordinatione a peccatis absol-</i> | |
| „ <i>vendi potestatem accipiant, de-</i> | |
| „ <i>cernit tamen S. Synodus, nul-</i> | |
| „ <i>lum etiam Regularem posse con-</i> | |
| „ <i>fessiones saecularium, etiam Sa-</i> | |
| „ <i>cerdotum, audire: nec ad id ido-</i> | |
| „ <i>neum reputari, nisi aut Paro-</i> | |
| „ <i>chiale beneficium, aut ab Epi-</i> | |
| „ <i>scopis per examen, si illis vi-</i> | |
| „ <i>debitur esse necessarium, aut</i> | |
| „ <i>alias idoneus judicetur, et ap-</i> | |
| „ <i>probationem, quae gratis detur,</i> | |

di Confessiones, ad Parochum, cui
coadjuvaturi sunt pertinere, contem-
ditque Episcopalem approbationem,
quam antea iidem Sacerdotes ab Epi-
scopo obtinere debent, nil aliud esse,
quam testimonium Parochis Dioecesa-
nis exhibendum de sua idoneitate ad
obeundum Coadjutorium munus in
Confessionibus excipiendis. Cujus qui-
dem Pseudo-Theologi quanta sit in
latine scribendo inscitia vel ex pau-
cis ejusdem, quae hic producemus,
testimoniis plane constabit. In resp.
ad casus conscientiae an. 1785. dis-
cussos pag. 73. seq. scribit: „ Ut
adstantes Missae fideles plene,
ac perfecte una cum Sacerdote
sacrificare dicantur, non tantum
interesse debent sacrificio, cum
celebratur, aut spiritualiter tan-
tum, affectu scilicet, et deside-
rio communicare; licet enim haec
spiritualis communio suppleat ali-
quatenus praecipuae sacrificii par-
ti, seu actuali, et exteriori ho-
stiae perceptioni; non tamen fa-
cit, ut adhuc mutilum, et im-
perfectum non sit ipsorum sacri-
ficium: quare oportet praeterea,
ut de eodem sacrificio, sicuti op-
tat Trid. Conc. in c. 6. sess. 22.
participent per actualem victimae
tunc consecratae, et oblatae sum-
ptionem, uti ab ipsis Apostolo-
rum temporibus usque ad saecu-
lum 16. observabatur a Chri-

stianis (*Monumenta profer, ne-
que confidas fore, ut tibi homini
mendacissimo, nisi ea protuleris,
fidem habeamus*) antequam scilli-
cet immoderatum zelum in pro-
figandis haereticis (*Immoderate
ne fecit Deus, qui Deuteronomii
cap. XIII. ver. I. seqq. edixit, ut,
qui Israeliticum populum ad alie-
norum Deorum cultum traducere
niteretur, lapidibus obrutus scele-
ris sui poenas daret, et urbis,
quae in idololatriam lapsa esset,
habitatores, statim ac id comper-
tum fuisset, in ore gladii percus-
terentur, urbs ipsa, atque om-
nia, quae in ea essent usque ad
pecora delerentur, nec civitas ea-
dem amplius aedificaretur? Immode-
ratene fecit S. Paulus, cum Elymam
Magum non modo hominem ple-
num omni dolo, et omni fallacia,
filium diaboli, et inimiicum
omnis justitiae appellavit, verum
etiam temporanea caecitate percus-
sisset? Act. Apostolic. cap. XIII.
ver. 8. seqq. Jam ne vides, in quos
tua ista immoderati zeli crimina-
tio recidat? Ipsum scilicet Deum
incesto ore appetis, quod impune
tibi et licuisse, et licere in Ca-
tholica regione non possumus non
vehementer mirari.) Sacerdotum
commoditas, et negligentia, item
populi Christiani de hoc argu-
mento ignorantia, (*Ignorantiae**

XX IV. Non (30) enim omnibus, et singulis Christi

„ Christiano populo objiciat, qui ne „ Maria Elephantius in *Diserta-*
„ prima quidem gramaticae elemen- „ zione Teologico-Critica in risposta
„ ta callet, ac Theologiae est omnino „ all' Anonimo Italiano Autore del
„ rudis ?) et scholasticorum senten- „ Catechismo sulla Comunione dell'
„ tia, totam sacrificii essentiam in „ augustissimo Sacrificio della Messa)
„ una Sacerdotis consecratione con- „ aliaque multa hujus generis, con-
„ stituens (Non modo Scholastici „ trariam praxim, sive abusum
„ sed alii etiam egregii Theologi, „ (Fateris, nec enim inficiari potes,
„ quod ad controversiam, de qua agi- „ praxim ex praecsecratis Eucha-
„ tur, maxime pertinet, populi, qui „ ristiam sumendi a saeculo XVI. in
„ Missae sacrificio adest, communico. „ Latina Ecclesia, tot Sanctissimis
„ nem ad sacrificii essentiam per- „ Episcopis, et Romanis Pontificibus
„ tinere negant. Ex his Bellarmi- „ scientibus, neque improbantibus ob-
„ nus de Missa lib. I. cap. XXVII. „ tinuisse, eamque abusum vocas ?)
„ cum hanc num. 7. propositionem „ communicandi ex praecsecratis
„ constituisset: Sacramenti consum- „ particulis induxissent. Sed quĩ
„ ptio, ut a populo fit, non est „ ad propositum hunc casum plu-
„ pars sacrificii; ut autem fit a Sa- „ ra vult, adeat Tomum secundum
„ cerdote sacrificante, pars est es- „ Catechismi nostrae Dioecesis:
„ sentialis, sed non tota essentia, „ (Gourlini scilicet ab Apostolica
„ primam ejus partem ita demon- „ Sede damnati. Vide adnot. 7. ad
„ strat: Quod attinet ad populi „ §. V.) in sect. 2. de Eucharistia
„ sumptionem, res certissima est: „ §. 12. 15. 16. et 17. „ et pag. 98.
„ qui enim edunt victimas, parti- „ Jussit, ut festis diebus Domini-
„ cipes sunt Altaris, ut Aposto- „ cis, aliisque solemnitatibus, Re-
„ lus ait, 1. Corinth. 10. et Hebr. „ gularium, Monialium, ceterasque
„ 13. Non est autem idem, sacri- „ non Parochiales Ecclesias, seu Ora-
„ ficium offerre, et de Altari par- „ toria, clausa manerent. „ Et pag.
„ ticipare. Confer Tournelyum de „ 105. „ ad haec tantum dicendum
„ Sacrificio Missae art. II. concl. 4. „ est, respexisse, tum Concilium
„ et alios. Legendus quoque est „ Anglicanum tum Romani
„ Laurentius Bertius de Theologicis „ Pontifices Alexander VII., et Ur-
„ Disciplinis lib. XXXIII. in Append. „ banus VIII.
„ et schol. ad cap. XXI., et Joseph „ (30) Concil. Trid. can. cit.

fidelibus est dictum : *Quaecumque* (31) *alligaveritis super terram , erunt ligata et in coelo , et quaecumque solveritis super terram , erunt soluta et in coelo ; et quorum remiseritis peccata , remittuntur eis , et quorum retinueritis , retenta sunt ,* ita ut horum verborum virtute quilibet absolvere possit peccata , publica quidem per correptionem dumtaxat , si correptus acquieverit , secreta vero per spontaneam confessionem .

XXV. Etiam (32) Sacerdotes , qui peccato mortali tenentur , per virtutem Spiritus Sancti in ordinatione collatam , tamquam Christi ministri functionem remittendi peccata exercent .

XXVI. Merito (33) Pontifices Maximi , pro suprema potestate sibi in Ecclesiam universam tradita , causas aliquas criminum graviores suo potuerunt peculiari iudicio (34) reservare .

(31) Matth. cap. XVIII. ver. 18., et Joan. cap. XX. ver. 13.

(32) Trid. ibid. cap. V. et can. X.

(33) Ibid. cap. VII.

(34) Audistis Tridentinos Patres . Audite nunc Pratensem Sycophantam in Epitome Resolutionum cit. pag. 22. seq. scribentem :
„ Conciliorum vis ultimis temporibus defecit ob cleri ignorantiam ,
„ et vitia quae mentis aciem obcaecant , et praesertim ob injuriam Episcopatu inflictam reservationibus Pontificiis , et exemptionibus , per quas eorum Apo-

„ stolicæ potestatis hæreditas ver-
„ sa est ad alienos „ . O hominem totius Ecclesiasticæ historiae imperitissimum , et mortalium omnium insanissimum ! Quis namque in Ecclesiastica historia vel medio-
criter versatus , nec omnino insanus Conciliorum OEcumenicorum , et Provincialium (Dioecesana enim ne ultimis quidem temporibus convocari desiisse Sycophanta , cum quo nobis res est , dabit) extremis temporibus intermissionem a Romanorum Pontificum reservationibus , et exemptionibus repetat ? Etenim quot non modo Provincia-

○

lia, sed etiam OEcumenica Concilia a Saeculo XIII. (Mitto superiora Saecula, ut omnem adversario cavillandi aditum praecludam) ad nostrum usque celebrata sunt? Jam reservationes Pontificum, et exemptiones injuriam Episcopatus inflictam, per quam Episcoporum Apostolicae potestatis haereditas versa sit ad alienos, quis unquam Catholicorum (Catholicos voco, qui et nomine, et re Catholici sunt, non eos, qui cum re Catholici non sint, Catholicorum tamen nomen sibi haereticorum more falso vindicant) appellare ausus fuit? Quis eas, de quibus agimus, legitimas atque Ecclesiae maxime salutare cum Lateranensibus, ac Tridentinis Patribus non putavit? Qua de re cum actum copiose a pluribus, ac nuperrime a Cl. Mamachio in Epistolis ad Auctorem Anonymum libelli inscripti, *Quid est Papa*, fuerit, non est, cur in illa demonstranda esse mihi elaborandum putem. Verum hoc aequissimo Dei judicio accidit, ut qui nefarium Romanae Ecclesiae capiti, fonti, matri Ecclesiasticae unitatis, et ad quam omnes, qui sunt undique, fideles oportet convenire (Vide §. I. prop. X.) bellum indicunt, una cum fidei lumine humanae quoque rationis lumen amittant. Pratensem autem Pseudo-Theologum unum ex illis esse,

qui aetate nostra, non clam, sed aperte Romanam Ecclesiam oppugnant, cum ex omnibus fere ejus responsionibus ad quaestiones Theologicas in Pratensi civitate, et Dioecesi discussas, tum maxime ex responsionibus ad Quaestiones IV., V., VIII., X., et XII. ex Quaestionibus anno 1785. ad explicandum propositis plane liquet. In his enim 1. Brevia Pontificia, quibus privilegia Altaribus quibusdam conceduntur parum Religioni conformia esse jactat (pag. 11.) 2. Romanos Pontifices calumniatur, perinde ac si *certam a Purgatorio liberationem* promittant *ratis quibusdam defunctis*, (ibid.) cum in Pontificiis Brevibus, de quibus est sermo, haec tantum legantur: „ De „ Omnipotentis Dei misericordia, „ ac Beatorum Petri, et Pauli „ Apostolorum ejus auctoritate confisi, ut quandocumque Sacerdos „ aliquis Saecularis, vel Regularis „ Missam defunctorum in die commemorationis defunctorum, et „ singulis diebus intra illius octavam, ac in una feria cujuslibet „ hebdomadae per Ordinarium designanda, vel feriis N. cujuslibet „ hebdomadae per Ordinarium designandis pro anima cujuscumque „ fidelis, quae Deo in charitate conjuncta ab hac luce migraverit, „ ad praedictum Altare celebrabit;

„ anima ipsa de thesauro Ecclesiae
„ per modum suffragii Indulgen-
„ tiam consequatur : ita ut ejusdem
„ Domini Nostri Jesu Christi , ac
„ Beatissimae Virginis Mariae , San-
„ ctorumque omnium meritis suf-
„ fragantibus a Purgatorii poenis
„ liberetur , concedimus , et in-
„ dulgemus „ . Confer Leonis X.
Litteras in adnot. 5. ad §. xxvi.
et Theodorum a Spiritu Sancto
in *Tractatu cit. Part. II. cap.*
I. art. IV. §. III. 3. affirmat , ut
illud certum esset , nihilominus su-
perstitiosum esse , asserere , vale-
re indulgentias eas , si Missae cele-
brentur Defunctorum potius , quam
Vivorum , vel in hoc Altari , aut
ratis quibusdam diebus , non vero
alibi , aut diebus aliis (pag. cit. et
seq.) cum certum , exploratumque
sit , a fidelibus , ut indulgentias
luerentur , conditionibus in Ponti-
ficiis Brevibus praescriptis standum
esse , neque conditionum praescrip-
tionem superstitionis accusari posse .
4. Statuit illegitimas , et nullas
esse indulgentias , quarum conceden-
darum nulla fuit causa aut non sa-
tis pia , et communis , ut e. g. quae
dantur ad susceptionem armorum con-
tra Infideles , et haereticos aut exe-
quendum omni juri contrarium in-
quisitionis ministerium (pag. 15. seq.)
quod et falso fundamento nititur ,
nam pium est , atque ad commu-

nem Christianae Religionis , atque
orthodoxae fidei conservationem per-
tinet Infidelium , et haereticorum in
Christianos , et Catholicos saevien-
tium impetus armis , ubi sit opus ,
reprimere , operamque dare , ne hae-
retici erroribus suis Catholicos in-
ficiant , et tot Sanctissimis Pontifi-
cibus , Conciliisque etiam Œcume-
nicis , quae fidelibus contra Infi-
deles et haereticos sacras expeditio-
nes suscipientibus *Indulgentiam* et
quidem *plenariam* largiendam nemi-
ne Theologorum non approbante ,
existimarunt , maxime injuriosum ,
Deique praecepto Hebraeis lato ,
quo interfici , qui populum ad ido-
latriam inducere nitebantur , at-
que urbes , quae ad inanium Deo-
rum cultum deflexissent , incendi
juebantur , adversum . Ex quo in-
telligitur , quam impie Pratensis syco-
phanta Inquisitionis ministerium om-
ni juri contrarium appellet : de cujus
quidem ministerii utilitate non meis
ipse verbis illi respondebo , sed ver-
bis Anonymi Parisiensis in epistola
sull' arresto del Parlamento di Pari-
gi de' 19. Maggio 1763. scribentis :
„ L' Inquisizione fu stabilita per ar-
„ restare i progressi dell' errore ; ed
„ ella ha ottimamente adempiuto
„ al fine della sua Istituzione pres-
„ so i nostri vicini Alle fun-
„ zioni di un tal Tribunale la Spa-
„ gna in particolare è debitrice di

„ non aver mai vedute le sue Pro-
„ vincie bagnate del sangue de'suoi
„ Cittadini armati dall'eresia, e dal
„ fanatismo, alle funzioni di que-
„ sto Tribunale i Rè stessi di Spa-
„ gna debbono il non esser stati
„ esclusi dal Trono per Arresto
„ del Consiglio di Castiglia, il non
„ esser stati ridotti a soggiogare
„ sudditi indocili, che abusassero
„ della Religione per santificare la
„ loro rivolta. Perchè nella Spa-
„ gna vi è un'Inquisizione, non
„ ci si veggono Eretici, nè si son
„ vedute leghe, barricate, guerre
„ civili. In una parola tutti questi
„ errori sono sconosciuti ne'
„ Paesi d'Inquisizione, son eglino
„ per preferenza venuti a piomba-
„ re su gli stati, che non conos-
„ cono questo Tribunale. La
„ nostra Patria n'è stata più d'una
„ volta, e n'è ancora la vittima . . .
„ Un Oltramontano si ostini a chiu-
„ der gli occhi alla luce, che pre-
„ sentiamo generosamente alle na-
„ zioni; confonda pur egli a suo
„ talento la fede colla credulità;
„ egli è più glorioso il non cre-
„ der nulla, che l'esporsi a passar
„ per credulo credendo troppo? Se
„ questo Tribunale stabilito
„ dapprincipio tra noi avesse po-
„ tuto perpetuarsi noi a-
„ vremmo più oltramontanismo,
„ ma avremmo noi de' Filosofi?

„ Avremmo noi degli Enciclope-
„ disti? Avremmo noi degli scrit-
„ tori pronti ad ingiuriare il Ca-
„ po della Chiesa, e la Corte di
„ Roma? „ Confer Cl. Mama-
„ chium *epist. III. ad Auctorem*
„ *Anonymum Opusculi*, Quid est
„ Papa? §. XXI. et XXII. 5. Irregu-
„ larem nuncupat honorem, quem si-
„ bi vindicant Ecclesiae Ministri, prae-
„ sertim vero Curia Romana (pag. 22.)
„ Sedes nimirum Apostolica. 6. A
„ Romano Pontifice doctrinam aliquam
„ fidelibus tenendam proponi sub poe-
„ na excommunicationis posse inficia-
„ tur. (pag. 29.) 7. Nullum esse
„ in Religione locum *excommunicatio-*
„ *nibus, quae dicuntur latae senten-*
„ *tiae, quaeque sola legis transgres-*
„ *sione incurruntur*, effutit. (pag. 29.
„ seq. Vide *adnot. I. ad Lit. Append-*
„ *num. V. allatas*) Ex quo sequitur,
„ nullam inesse vim tot excommuni-
„ cationibus non modo a Romanis
„ Pontificibus, sed etiam a Conciliis
„ OEcumenicis prioribus quoque de-
„ cem Ecclesiae saeculis (quod con-
„ tra Conciliorum Acta Pragensis Sy-
„ cophanta negat) latis, atque adeo
„ in excommunicationem non incide-
„ re, qui damnatas a Romanis Pon-
„ tificibus, et Conciliis OEcumeni-
„ cis Arii, Nestorii, Eutyichis, Ori-
„ genis, &c. &c. haereses teneat, ac-
„ tueatur. 8. *Episcopis, in quorum*
„ *Dioecesis Romanum Breviarium*

jussu Romanorum Pontificum S. Pii V., Clementis VIII., et Urbani VIII. emendatum (Vide Concilium Tridentinum Sess. XXV. in decreto de Indice Librorum, et Catechismo, Breviario, et Missali, et Hieronimum Lagomarsinium *adnotatione XXXVIII.* in epist. Antonii Mariae Gratiani ad Joannem Franciscum Cardinalem Commendonum *Epistol. et Orat. Julii Pogiani volum. II. pag. XL. seqq.*) receptum est, illud immutandi contra eorundem Pontificum Constitutiones, jus tribuit. 9. Per summam calumniam in Breviario Romano *plura* contineri vociferatur *parum Religioni conformia*, ut e. g. *quae ex Isidorianis Decretalibus desumpta Ecclesiasticam Hierarchiam evertunt*, quod est falsissimum. Etenim Pseudo-Isidoro illud propositum fuit, ut a Metropolitanarum praesertim vi, judiciisque Episcopos tutos redderet, non ut Romanorum Pontificum dignitatem, potestatemque amplificaret. Itaque Sedis Apostolicae jura, quae non eo pertinerent, etiam verissima, atque illustra, eaque multa tacitus praetermisit, ut erudite, ac diligenter demonstravit vir Cl. Carolus Blascus in Commentario inscripto: *De Collectione Canonum Isidori Mercatoris, in quo de Collectionis origine, et fortuna disseritur, deque Persona, ac praeci-*

pno Collectoris proposito inquiritur &c. Neapoli 1760. capp. VIII. IX. et X. pag. 79. seqq. 10. Contendit consentanea Religioni non esse, quae de S. Gregorio Magno, Raymundo *civilem, et Ecclesiasticam Tolerantiam &c. &c.* in eodem Breviario narrantur. 11. Jactat, in Breviario Romano res exhiberi, *quae parum* prosint *ad aedificationem spiritus*, uti *extases et visiones*: quibus verbis non modo majores nostros, qui Martyrum Acta, et Sanctorum Virorum gesta descripserunt, sed ipsos etiam Canonicorum Librorum Scriptores divinitus afflatus, qui tam multas visiones, et extases referunt, condemnat, dignus plane Florentii Pupiani discipulus, ad quem haec S. Cyprianus *epist. LXIX. edit. Venet. 1728. col. 266.* scribit: „ Si „ majestatem Dei, qui Sacerdotes „ ordinat, cogitaveris, si Chri- „ stum, qui arbitrio, et nutu, ac „ praesentia sua, et praepositos „ ipsos, et ecclesiam cum praepo- „ sitis gubernat, aliquando respe- „ xeris, si de innocentia sacerdo- „ tum, non humano odio, sed di- „ vino judicio credideris, si te „ meritis et superbiae atque in- „ solentiae tuae agere, vel sero „ poenitentiam coeperis, si Deo „ et Christo ejus, quibus servio, „ et quibus puro, atque immacu-

XXVII. Neque (35) dubitandum est, quin hoc idem
Episcopis omnibus in sua cuique Dioecesi liceat, pro
lato ore sacrificia, et in perse-
cutione pariter et in pace in-
desinenter offero, plenissime sa-
tisfeceris, communicationis tuae
poterimus habere rationem, ma-
nente tamen apud nos divinae
censurae respectu, et metu, ut
prius Dominum meum consulam,
an tibi pacem dari et te ad com-
municationem Ecclesiae suae ad-
mitti sua ostensione, et admo-
nitione permittat. Memini enim
quid jam mihi sit ostensum, im-
mo quid sit servo obsequenti,
et timenti de dominica, et di-
vina auctoritate praeceptum; qui
inter cetera, quae ostendere, et
revelare dignatus est et hoc ad-
didit: Itaque qui Christo non
credit sacerdotem facienti et po-
stea credere incipiet sacerdotem
vindictanti. Quamquam sciam som-
nia ridicula et visiones ineptas
quibusdam videri, sed utique
illis, qui malunt contra sacerdo-
tes credere, quam sacerdoti. Sed
nihil mirum, quando de Joseph
fratres sui dixerunt (Genes. 37.)
Ecce somniator ille venit, nunc
ergo venite, occidamus illum,
et somniator postea quod som-
niaverat consecutus sit, et occi-

sores ac venditores confusi sint; ut
qui verbis prius non credidissent,
factis postmodum crederent. De
illis autem quae tu egisti vel in
persecutione vel in pace stultum
est ut velim te iudicare, quando
tu magis iudicem te nostri con-
stitueris. Haec pro animi mei
pura conscientia et pro Domini
et Dei mei fiducia rescripsi. Ha-
bes tu litteras meas, et ego tuas.
In die iudicii ante tribunal Chri-
sti utrumque recitabitur. Vi-
de Cl. Mamachium *Originum, et*
Antiquitatum Christianarum Lib. II.
cap. VII. Tom. I. pag. 363. seqq.
12. Demum ut alia omittam, quae
singula in medium adducere si vel-
lem, nullum facerem scribendi fi-
nem, *quadam phariseismi specie plu-
rium Sanctorum virtutem ostendi in*
*quibusdam exterioribus tantummo-
do exercitiis positam*, magno, et
impudenti mendacio affirmat; cum
nullae Sanctorum, praesertim eor-
um, qui proximis saeculis clarue-
runt, Lectiones sint, in quibus
theologicae, et morales virtutes,
quarum illi heroica exempla poste-
ris reliquerunt, fidelibus ad imi-
tandum non proponantur.

(35). Triden. cap. cit., & can. XI.

illis in subditos tradita supra reliquos inferiores Sacerdotes auctoritate.

XXVIII. Hanc (36) autem delictorum reservationem, consonum est divinae auctoritati, non tantum in externa politica, sed etiam coram Deo, vim habere.

XXIX. Quamobrem (37) casuum reservatio prohibet, quominus Sacerdos inferior a reservatis vere (38) absolvat.

XXX. Claves Ecclesiae (39) datae sunt non tantum ad solvendum, sed etiam ad ligandum.

XXXI. Propterea Sacerdotes (40), dum imponunt poenas confitentibus, non agunt contra finem clavium, et contra institutionem Christi.

XXXII. Nec fictio est (41), quod virtute clavium, sublata poena aeterna, poena temporaria plerumque ex solvenda remaneat.

XXXIII. Non enim (42) semper a Deo tota poena simul cum culpa remittitur.

XXXIV. Neque satisfactio (43) poenitentium non est

(36) Ibid. *ne' casi riservati*, Romae an. 1785.

(37) Ibid. edito, et nuperrime hoc eodem anno Joh. Baptista Locatellus Zuccala

(38) Hanc Tridentini Concilii explicatissimam, minimeque omnium dubiam sententiam, oppugnare ausus est Aloysius Litta ante hos annos tres Epistola Mediolani edita *Della Sacramentale assoluzione ne' Casi riservati*, qua nihil cavillosius excogitari potest. Refutarunt hunc Collega meus Fr. Herman. Dominicus Christianopolus Ord. Praed. libro anonymo *Della nullità delle assoluzioni*

Dissertationibus duabus *De potestate Presbyterorum in administratione Sacramenti Poenitentiae* Bergomi typis excusis.

(39) Concil. Trident. *loc. cit.* can. xv.

(40) *Can. eod.*

(41) *Can. eod.*

(42) Ibid *can. XXII.*

(43) *Can. eod.*

alia, quam fides, qua apprehendunt, Christum pro eis satisfecisse.

XXXV. Satisfit autem (44) Deo, quoad poenam temporalem per Christi merita, poenis ab eo inflictis, et patienter toleratis, vel a Sacerdote injunctis, vel sponte susceptis, ut jejuniis, orationibus, eleemosynis, vel etiam aliis pietatis operibus.

XXXVI. Neque ex hujusmodi (45) nostris satisfactionibus vis meriti, et satisfactionis Domini Nostri Jesu Christi vel obscuratur, vel aliqua ex parte imminuitur: quod dum Novatores intelligere nolunt, ita optimam poenitentiam novam vitam esse docent, ut omnem satisfactionis vim, et usum tollant.

§. XXV.

DE (1) EXCOMMUNICATIONE

I. **P**apa (2), et alii Praelati, et eorum Vicarii in spiritualibus habent potestatem Sacerdotes, et laicos inobedientes, et contumaces excommunicandi, et ab officio, beneficio, ingressu Ecclesiae, et administratione Ecclesiasticorum Sacramentorum suspendendi.

(44) Ibid. can. XIII.

(45) Ibid. cap. VIII.

(1) S. Thomas in *supplem. cit. a quaest. XXI. ad XXV.*

(2) Martinus V. Constit. *Inter cunctas*. sacro approbante Constantiensi Concilio edita *Concil. Tom. XVII. col. 772.* in qua Constitutio-
ne Wicleffi, et Hus articulos damnavit, formamque praescripsit inter-

rogandi illos, qui in Wicleffismi suspicionem venirent. Etenim ab utroque illo haeresiarcha tradita a Christo Ecclesiae Pastoribus potestas excludendi ab ejusdem Ecclesiae Communionem perveraces homines, qui illos audire recusarent, oppugnata fuerat, ut liquet ex articulis Wicleffi XI., Nullus Praelatus debet aliquem excommunicare, nisi prius

II. Praeterea (3) inobedientia, sive contumacia ex-

„ sciat eum excommunicatum a Deo,
 „ et qui sic excommunicat, fit ex
 „ hoc haereticus, vel excommunica-
 „ tus. XII., Praelatus excommuni-
 „ cans Clericum, qui appellavit ad
 „ Regem, vel Concilium Regni, eo
 „ ipso traditor est Regis, et Regni.
 „ XIII., Isti, qui dimittunt praed-
 „ dicare, vel audire verbum Dei
 „ propter excommunicationem ho-
 „ minum, sunt excommunicati, et
 „ in Dei iudicio traditores Christi
 „ habebuntur, et XXX., Excom-
 „ municatio Papae, vel cujuscum-
 „ que Praelati non est timenda quia
 „ est censura Anti-Christi, . Et ex
 „ articulis Hus . XVII., Sacerdotes
 „ Christi viventes secundum Legem
 „ ejus, et habentes Scripturae noti-
 „ tiam, et affectum ad aedifican-
 „ dum populum, debent praedicare
 „ non obstante praetensa excommu-
 „ nicatione. Quod si Papa, vel ali-
 „ quis Praelatus mandat Sacerdoti sic
 „ disposito non praedicare, non de-
 „ bet subditus obedire. XVIII.,
 „ Quilibet praedicantis officium de
 „ mandato accipit, qui ad Sacer-
 „ dotium accedit; et illud manda-
 „ tum debet exequi, praetensa ex-
 „ communicatione non obstante, .
 „ et XXX., Per censuras Ecclesiasti-
 „ cas excommunicationis, suspen-
 „ sionis, et interdicti ad sui exalta-

„ tionem Clerus populum Laicalem
 „ sibi suppeditat, avaritiam multi-
 „ plicat, malitiam protegit, et viam
 „ praeparat Anti-Christo. Signum
 „ autem evidens est, quod ab An-
 „ ti-Christo tales procedunt censu-
 „ rae, quas vocant in suis processio-
 „ bus fulminationes, quibus Clerus
 „ principalissime procedit contra il-
 „ los, qui denudant nequitiam Anti-
 „ Christi, qui Clerum pro se maxi-
 „ me usurpabit. Confer Lutheri
 „ articulos, et Quesnelli propositiones,
 „ quas in adnotationibus proximis de-
 „ scribimus, aut indicamus.

(3) Martinus V. Constit. ead.
col. cit. Jam quid de excommunicatio-
 ne novi Dogmatistae sentiant et re,
 et verbis aperte ostendunt. Nam qui
 errores, librosque ab Apostolica Se-
 de damnatos, proposita in homines,
 qui illos defendere, aut rursus pu-
 blicare auderent, excommunicationis
 poena, tanta pervicacia tumentur,
 vulgandosque curant, nullam ab se
 excommunicationis ejusdem rationem
 haberi declarant. Omnia porro ip-
 sorum loca, in quibus rejectas ab Ec-
 clesia de excommunicatione opinio-
 nes fidelium animis instillant, descri-
 bere longum esset. Itaque adeat Le-
 ctor, si eidem licet, *Resolutiones ad ca-
 sus conscientiae, et Quaestiones Theo-
 logicas in Civitatibus, et Dioecesibus*

communicatorum crescente, Praelati, et eorum Vicarii in spiritualibus habent potestatem aggravandi, et reaggravandi, interdictum ponendi, et brachium saeculare invocandi, et illis censuris per inferiores est obediendum.

III. Hanc auctoritatem excommunicandi non a corpore Ecclesiae, sed a Christo primi Ecclesiae Pastores (4) habent.

IV. Quare, ut eam exercent, consensus (5) saltem praesumptus totius Ecclesiae corporis non requiritur.

V. Excommunicationes non sunt tantum (6) externae poenae, sed etiam privant hominem communibus spiritualibus Ecclesiae orationibus.

VI. Itaque docendi (7) non sunt Christiani, plus diligere excommunicationem, quam timere.

Pistoriensi, et Pratensi an. 1785. discussas, Collectionem Opusculorum Pistoriensium, scelestissimum Opus inscriptum Gesù Cristo &c., de quo adnot. 5. ad Lit. Clementis XI. Append. num. I., et alios a novis Dogmatistis de hoc argumento vel iterum recusos, vel de novo publicatos libellos, praelectiones &c., et quantum ex Wic- leffi, Lutheri, Quesnellique Institutione Pseudo-Theologi, et Pseudo- Canonistae novi profecerint, per se deprehendet.

di habet, ut eam exercent per pri- mos Pastores de consensu saltem praesumpto totius corporis.

(6) Lutherus *artic. XXIII.* „ Excommunicationes sunt tantum externae poenae, nec privant hominem communibus spiritualibus Ecclesiae orationibus. „

(7) Lutherus *art. XXIV.* „ Docendi sunt Christiani plus diligere excommunicationem, quam timere. „ Confer Quesnelli propositiones xci. seqq. a Van-Ranst relatas, et ex S. Thomae doctrina confutatas in Opusculo inscripto: *Veritas in medio*, de Propositionibus damnatis Paschasi Quesnelli tit. *de Excommunicatione, et Persecutione.*

(4) Vide Mamachium *Epistolarum ad Justinum Febronium lib. II. epist. III. num. IX. seqq.*

(5) Quesnellus *prop. XC.* „ Ec- clesia auctoritatem excommunican-

§. XXVI.

DE (1) INDULGENTIIS

I. Christus Dominus (2) Ecclesiae suae Indulgentias conferendi potestatem concessit .

II. Concessit autem , cum Petro (3) Apostolorum Principi , deinde omnibus Apostolis , eorumque successoribus regni coelestis claves dedit .

III. Ac Ecclesia quidem hujusmodi potestate (4) sibi divinitus tradita antiquissimis etiam temporibus usa fuit .

IV. Neque vero dubitari ab ullo potest , quin Indulgentiarum usus Christiano populo sit maxime salutaris .

V. Nam Indulgentiae his , qui veraciter eas consequuntur , valent ad remissionem poenae temporariae pro peccatis debitae apud divinam (5) justitiam .

(1) S. Thomas in *Supplem. cit. a quaest. XXV. ad quaest. XXVIII.* „ raciter eas consequuntur , non va-
„ lent ad remissionem poenae pro

(2) Concil. Trident. *sess. XXV. in Decret. de Indulgentiis.* „ peccatis actualibus debitae apud
„ divinam justitiam „ et XXII. „

(3) Vide Clementis VI. *Constitit. Unigenitus Dei filius. Extravag. communium lib. V. tit. de Poenitentiiis , et remissionibus cap. II.* „ Sex generibus hominum Indul-
„ gentiae non sunt necessariae , nec
„ utiles : videlicet mortuis , seu
„ morituris , inirmis , legitime im-

(4) Concil. Trident. in *decret. cit.* „ peditis , his , qui non commise-
„ runt crimina , his , qui crimina

(5) Inter damnatos Lutheri articulos , qui huc pertinent , sunt „ commiserunt , sed non publica ;
„ his qui meliora operantur . „ Con-
XIX. „ Indulgentiae his , qui ve- fer Petri de Osma propositionem

v. a Sixto IV. damnatam quam in Append. not. 1. ad num. VIII. describimus. Nihil secius non modo Eybelius in procacissimo illo suo Opusculo, *Quid est Papa?* ad calcem epistolarum Pisti Alethini pag. 218., sed etiam novi Dogmatistae unanimi fere consensione docent. I. Indulgentias nihil esse aliud, quam remissionem poenitentiarum, quas poenitens debet exercere juxta leges Ecclesiae. II. Eas fidelibus vita functis, et in Purgatorio poenas, quas adhuc divinae justitiae debent, luentibus concedi non posse. Auctor Epitomis Resolutionum ad quaestiones Theologicas an 1785. in *Pratensi Civitate*, et *Dioecesi discussas* pag. 13. ait: „ Ex his . . . antiqui-
 „ tatis monumentis patet, Indulgen-
 „ tias esse remissiones poenitentiae,
 „ quae imposita fuit, vel imponi
 „ debuit lapsis juxta Canonum de-
 „ creta „. In libello cui titulus *Breve Catechismo sulle Indulgenze secondo la vera dottrina della Chiesa . . . ai Parochi per servirsene d'istruzione ai loro popoli in Colle* 1787. p. 3. legimus „ D. Che cosa è l'Indul-
 „ genza? R. L'Indulgenza è una
 „ remissione, o diminuzione della
 „ penitenza prescritta dai Canoni
 „ per quei, che erano caduti in
 „ gravissime colpe. D. Che in-
 „ tendete per Penitenza prescritta
 „ dai Canoni? R. Intendo quel pe-
 „ riodo di tempo fissato dai Santi
 „ Padri nei Concilj, in cui i pec-
 „ catori penitenti prima d'essere
 „ ammessi al beneficio dell' asso-
 „ luzione erano tenuti in peniten-
 „ za. „ Pergit porro, atque ubi
 „ multa de Indulgentiis, quae Fide-
 „ libus mortalem hanc vitam agen-
 „ tibus Ecclesia impertitur, turbavit,
 „ pag. 44. seq. ostendere nititur, Ec-
 „ clesiam non posse conceder l'Indul-
 „ genza a favor delle Anime del Pur-
 „ gatorio, absurdamque esse senten-
 „ tiam illorum, qui putant, che pos-
 „ sono acquistarsi le Indulgenze per le
 „ Anime del Purgatorio. Mitto alios,
 „ atque ut Catholicus Lector plane
 „ noscat, quid de Indulgentiis Roma-
 „ na Ecclesia, quam reliquae, tam-
 „ quam matrem, sequi tenentur, do-
 „ ceat, adscribo Leonis X. Pontif.
 „ Max. ad Cardinalem Cajetanum Lit-
 „ teras, quas affert P. Theodorus
 „ a Spiritu Sancto Ord. Carmel. in
 „ Tractatu Dogmatico-Morali *De In-*
 „ *dulgentiis Part. 1. pag. 96.* Sunt
 „ autem hujusmodi: „ Per praesen-
 „ tes tibi significandum duximus,
 „ Romanam Ecclesiam, quam reli-
 „ quae tamquam matrem sequi te-
 „ nentur, tradidisse, Romanum
 „ Pontificem Petri . . . Successorem,
 „ et Iesu Christi in terris Vicarium
 „ Potestate Clavium, quarum est
 „ aperire Regnum Coelorum, tol-
 „ lendo illius in Christi fidelibus

VI. Neque necessariae (6) sunt solum publicis criminibus, aut conceduntur proprie duris solummodo, et impatientibus.

VII. Thesaurus Ecclesiae (7) militantis, unde Romanus Pontifex dat Indulgentias, sunt merita Christi, et Beatae Dei Genitricis, et omnium electorum a primo usque ad ultimum.

„ impedimenta, culpam scilicet, et
„ poenam pro actualibus peccatis
„ debitam; culpam quidem median-
„ te Sacramento Poenitentiae; poe-
„ nam vero temporalem pro actua-
„ libus peccatis secundum Divinam
„ justitiam debitam mediante Ec-
„ clesiastica Indulgentia, posse pro
„ rationalibus causis concedere eis-
„ dem Christi fidelibus, qui chari-
„ tate jungente Membra sunt Chri-
„ sti, sive in hac vita sint, sive
„ in Purgatorio, Indulgentias ex su-
„ perabundantia meritorum Christi,
„ et Sanctorum, et tam pro Vivis,
„ quam pro Defunctis Apostolica
„ Auctoritate Indulgentiam conce-
„ dendo, Thesaurum meritorum
„ Jesu Christi, et Sanctorum di-
„ spensare, et per modum abso-
„ lutionis Indulgentiam ipsam con-
„ ferre, vel per modum suffragii
„ illam transferre consuevisse, ac
„ propterea omnes tam Vivos, quam
„ Defunctos, qui veraciter omnes
„ Indulgentias hujusmodi consecuti
„ fuerint, a tanta temporali poe-

na secundum Divinam Justitiam
pro peccatis suis actualibus debi-
ta liberari, quanta concessae, et
acquisitae Indulgentiae a equiva-
let; et ita ab omnibus teneri,
et praedicari debere, sub Ex-
communicationis latae sententiae
poena, a qua illam incurrentes,
ab alio, quam a Romano Pon-
tificae, nisi in mortis articulo,
nequeant absolutionis beneficium
obtinere, Auctoritate Apostoli-
ca earundem tenore praesentium
decernimus. Vide Bellarminum
De Indulgentiis, Theodorum a Spi-
ritu sancto in *Tract. cit.* et Cl. Ma-
machium in Epistolis adversus Ey-
belium.

(6) Lutherus *Art. XXI.*, In-
dulgentiae necessariae sunt solum
publicis criminibus, et proprie
conceduntur duris solummodo,
et impatientibus.

(7) Lutherus *art. XVII.*, The-
sauri Ecclesiae, unde Papa dat In-
dulgentias, non sunt merita Chri-
sti, et Sanctorum.

ne non est aliquatenus formidandum, tam propter infinita Christi merita, quam pro eo, quod quanto plures ex ejus applicatione trahuntur ad justitiam, tanto magis accrescit ipsorum cumulus meritorum.

IX. Papa omnibus (9) Christianis vere contritis, et confessis, ex causa pia, et justa, potest concedere Indulgentias in remissionem peccatorum.

X. Singuli (10) autem Episcopi suis subditis, secundum limitationem sacrorum Canonum, hujusmodi Indulgentias concedere possunt.

§. XXVII.

DE EXTREMA (1) UNCTIONE.

I. Extrema Unctio (2) non est figmentum humanum,

II. Nec ritus (3) tantum acceptus a Patribus,

III. Nec jam (4) cessavit, quasi ad gratiam curationum dumtaxat in primitiva Ecclesia referenda esset;

IV. Sed est vere, (5) et proprie Sacramentum a Christo Domino Nostro institutum, et a B. Iacobo Apostolo promulgatum,

De Indulgentiis lib. II. cap. II. seqq.
a Theodoro a Spiritu Sancto in *Tract. cit. cap. II. art. II.* atque ab aliis solide confutata.

(9) Martinus V. Const. *Inter cunctas. Concil. Tom. XVI. col. 762.*

(10) Ibid. Vide Cl. Marnichium *epist. V. ad Eybelium §. VI.*, ubi novorum Dogmatistarum de In-

dulgentiis commenta accuratissime refellit.

(1) S. Thomas in *Supplem. cit. a quaest. XXIX. ad XXXIV.*

(2) Concil. Trident. *Sess. XIV. de Sacramento extremæ unctionis Can. I.*

(3) *Can. eod.*

(4) *Ibid. Can. II.*

(5) *Ibid. Can. I.*

119

V. Per quod (6) confertur gratia Spiritus sancti, delicta, si quae sint adhuc expianda, ac peccatorum reliquiae absterguntur, et aegroti anima alleviatur, et confirmatur, magnam in eo divinae misericordiae fiduciam excitando, qua infirmus sublevatur, et morbi incommoda, ac labores levius fert, et tentationibus daemonis calcaneo insidiantis facilius resistit, et sanitatem corporis interdum, ubi saluti animae expedierit, consequitur.

VI. Extremae Unctionis ritus (7), et usus, quem observat sancta Romana Ecclesia, non repugnat sententiae B. Jacobi Apostoli, atque ideo in alium commutandus non est.

VII. Neque ipsa (8) Extrema Unctio a Fidelibus sine peccato contemni potest.


VIII. Presbyteri (9) Ecclesiae, quos B. Iacobus adducendos esse ad infirmum inungendum hortatur, sunt Sacerdotes ab Episcopo ordinati, non aetate seniores in qualibet communitate: ob idque proprius Extremae Unctionis Minister est solus Sacerdos.

(6) Ibid. *Can. II.*, et in *doctrina*
de Sacramento Extremae Unctionis
Cap. II.

(7) Ibid. *Can. III.*

(8) *Can. eod.*

(9) Ibid. *Can. IV.*



§. XXVIII.

DE (1) ORDINE

I. Cum in novo (2) Testamento sanctissimae Eucharistiae sacrificium visibile, ex Domini institutione Catholica Ecclesia acceperit, fateri etiam oportet, in ea novum esse visibile, et externum Sacerdotium, in quod vetus translatum sit.

II. Hoc autem (3) Sacerdotium ab eodem Domino Salvatore Nostro institutum esse, atque Apostolis, eorumque successoribus in Sacerdotio potestatem traditam consecrandi, offerendi, et ministrandi corpus, et sanguinem ejus, necnon et peccata dimittendi, et retinendi, sacrae litterae ostendunt, et Catholicae Ecclesiae traditio semper docuit.

III. Igitur Sacerdotium (4) novae legis non est officium tantum, et nudum ministerium praedicandi Evangelium, itaut qui non praedicant, prorsus non sint Sacerdotes.

IV. Ordo, (5), sive sacra Ordinatio non est figmentum quoddam humanum excogitatum a viris rerum Ecclesiasticarum imperitis:

V. Nec est (6) tantum ritus quidam eligendi ministros verbi Dei, et Sacramentorum:

(1) S. Thomas in *Supplem. cit.*
a quaest. XXXIV. ad XLI.

(2) Conc. Trid. *Sess. XXIII.*
in vera, et Catholica doctrina de Sa-
cramento Ordinis *Cap. I.*

(3) *Cap. eod.*

(4) *Ibid. Can. I.*

(5) *Ibid. Can. III.*

(6) *Can. eod.*

VI. Sed est (7) vere, et proprie Sacramentum a Christo Domino institutum.

VII. Per sacram (8) Ordinationem datur Spiritus Sanctus, ac proinde frustra Episcopus non dicit: *Accipe Spiritum sanctum.*

VIII. Imprimitur (9) quoque character, atque ideo novi Testamenti Sacerdotes temporariam tantummodo potestatem non habent, nec semel rite ordinati, iterum laici effici possunt, si verbi Dei ministerium non exercent.

IX. Sacra (10) Unctio, et aliae caeremoniae, quibus Ecclesia Catholica in sancta Ordinatione utitur, requiruntur, nec sunt contemnendae, aut perniciosae.

X. In Ecclesia Catholica (11) est Hierarchia divina ordinatione instituta, quae constat ex Episcopis, Presbyteris, et Ministris.

XI. Etenim (12) non solum de Sacerdotibus, sed et de Diaconis sacrae litterae apertam mentionem faciunt, et quae maxime in illorum Ordinatione attendenda sunt, gravissimis verbis docent;

XII. Et ab ipso (13) Ecclesiae initio sequentium Ordinum nomina, atque uniuscujusque eorum propria ministeria, Subdiaconi scilicet, Acolythes, Exorcistae, Lectores, et Ostiarii, in usu fuisse cognoscuntur, quamvis non pari gradu: nam Subdiaconatus ad majores Ordines a Patribus, et sacris Conciliis refertur, in quibus et de aliis inferioribus frequentissime legimus.

(7) *Can. eod.*

(8) *Ibid. Can. IV.*

(9) *Can. eod.*

(10) *Ibid. Can. V.*

(11) *Ibid. Can. VI.*

(12) *Ibid. Cap. II.*

(13) *Ibid. cap. eod.*

XIII. Quocirca (14) non omnes Christiani promiscue novi Testamenti Sacerdotes sunt, aut omnes pari inter se potestate spirituali praediti.

XIV. Episcopi, (15) qui in Apostolorum locum successerunt, ad Hierarchicum Ordinem praecipue pertinent, et positi sunt, sicut Apostolus ait, a Spiritu sancto regere Ecclesiam Dei, iiq̄ue Presbyteris jure divino sunt superiores, et potestatem confirmandi, et ordinandi habent:

XV. Nec potestas (16) ea, quam habent, illis est cum Presbyteris communis:

XVI. Nec ordines (17) ab ipsis collati sine populi, vel potestatis saecularis consensu, aut vocatione, irriti sunt.

XVII. Contra qui (18) nec ab Ecclesiastica, et Canonica potestate rite ordinati, nec missi sunt, sed aliunde veniunt, non sunt legitimi verbi, et Sacramentorum Ministri.

XVIII. Episcopi (19), qui auctoritate Romani Pontificis assumuntur, non sunt figmentum humanum, sed legitimi, et veri Episcopi.

(14) *Cap. IV.*

(15) *Cap. eod., et Can. VI., et VII. Vide Natalem Alexandrum in Hist. Eccl. Saec. IV. Dissert. XLIV. adversus Aerium De Episcoporum supra Presbyteros eminentia Divino Jure instituta.*

(16) *Concil. Trident. loc. cit. Can. VII.*

(17) *Can. eod. Vide Natalem*

Alexandrum in Hist. Eccles. Saec. I. Dissert. VIII. de Jure Christianae plebis in Sacrorum Ministrorum electione cum Roncagliae Animadversionibus.

(18) *Concil. Trident. loc. cit.*

Can. eod.

(19) *Can. VIII.*

§. XXIX.

DE (1) MATRIMONIO

I. **M**atrimonium (2) est vere, et proprie unum ex septem legis Evangelicae Sacramentis a Christo Domino institutum, gratiamque confert.

II. Non licet (3) Christiano plures simul habere uxores.

III. Hoc enim (4) divina lege est prohibitum.

IV. Ac duos (5) quidem tantummodo copulari, et conjungi hoc vinculo posse, Christus Dominus aperte docuit, cum illa verba (6): *Et erunt duo in carne una*, tamquam a Deo prolata referens, dixit (7): *Itaque jam non sunt duo, sed una caro*, statimque ejusdem nexus firmitatem ab Adamo tanto ante praenunciatam his verbis confirmavit (8): *Quod ergo Deus conjunxit, homo non separet*.

V. Non ii (9) tantum consanguinitatis, et affinitatis, gradus, qui Levitico exprimuntur, possunt impedire Matrimonium contrahendum, et dirimere contractum, sed Ecclesia, sicut potest in nonnullis illorum dispensare, ita potest constituere, ut plures impediunt, et dirimant.

(1) S. Thomas in *Supplem. cit. a quaest. XLII. ad LXVIII.*

(2) Concil. Trid. Sess. XXIV. De Sacram. Matrim. *Can. 1.*

(3) *Ibid. Can. II.*

(4) *Can. eod.*

(5) Concil. Trid. *sess. ead. in doctrina de Sacramento Matrimonii.*

(6) *Gen. Cap. II. vers. 24.*

(7) *Matth. cap. XIX. vers. 6-*

(8) *Vers. eod.*

(9) Concil. Trident. *loc. cit. can. III.*

VI. Potuit (10) Ecclesia constituere impedimenta Matrimonium dirimentia, nec in iis constituendis erravit.

VII. Propter (11) haeresim, aut molestam cohabitationem, aut affectatam absentiam a conjuge, dissolvi non potest Matrimonii vinculum.

VIII. Matrimonium (12) ratum, non consummatum, per solemnem Religionis professionem alterius conjugum dirimitur.

IX. Ecclesia (13) non erravit, nec errat, cum docuit, et docet juxta Evangelicam, et Apostolicam doctrinam propter adulterium alterius conjugum Matrimonii vinculum non posse dissolvi, et utrumque, vel etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjuge vivente, aliud Matrimonium contrahere, moecharique eum, qui, dimissa adultera, aliam duxerit, et eam, quae, dimisso adultero, alii nupserit.

X. Nec erravit (14), aut errat Ecclesia, cum docuit, et docet ob multas causas separationem inter conjuges quoad thorum, seu quoad cohabitationem ad certum, incertumve tempus fieri posse.

XI. Clerici (15) in sacris Ordinibus constituti, vel Regulares castitatem solemniter professi non possunt Matrimonium contrahere, et si contrahant, Matrimonium ab ipsis contractum non est validum, obstante lege Ecclesiastica, vel voto.

XII. Nec (16) possunt contrahere Matrimonium qui non sentiunt se castitatis, quam voverint, habere donum,

(10) Ibid. *Can. IV.*

(11) Ibid. *Can. V.*

(12) Ibid. *Can. VI.*

(13) Ibid. *Can. VIII.*

(14) Ibid. *Can. IX.*

(15) Ibid. *Can. X.*

(16) *Can. cod.*

cum Deus id recte petentibus non deneget, nec patiatur nos super id, quod possumus, tentari.

XIII. Cum, teste Apostolo (17), qui Matrimonio jungit virginem suam, bene faciat, et si (18) nupserit virgo, non peccet, nuptiae bonae sunt, ac (19) licitae.

XIV. Quin etiam cum ex eodem Apostolo, (20), mortuo viro, mulier sit ab ejus lege soluta, et nubendi, cui vult, in Domino, habeat facultatem, nec distinguat (21) Apostolus, mortuo primo, vel secundo, vel tertio, non solum secundae, sed tertiae, et quartae, atque ulteriores nuptiae, si aliquod Canonicum impedimentum non obstat, licite contrahi (22) possunt.

XV. Non omnibus (23) tamen hominibus Matrimonii contrahendi lex est imposita:

XVI. Neque status (24) conjugalis antepōnendus est statui virginitatis, vel caelibatus;

XVII. Sed melius (25), ac beatius est manere in virginitate, ac caelibatu; quam jungi (26) Matrimonio.

(17) Apostolus in *Epist. ad Corinth. cap. VII. vers. 38.* drum in *Hist. Eccl. Saec. II. Dissertat. XVIII. adversus Montanistas*

(18) *Ibid. vers. 28.* Art. I. quo secundae Nuptiae vindicantur.

(19) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. II. Dissert. XIV. Art. II., quo Nuptiarum bonitas, et sanctitas Matrimonii adversus Marcionem vindicatur.* (23) *Catech. Roman. Part. II. cap. VIII. de Sac. Matrim. num. 14.*

(20) *Apost. loc. cit. vers. 39.* (24) *Concil. Trident. loc. cit. Can. X.*

(21) *Eugenius IV. in Decreto pro Jacobinis Concil. Tom. VIII. col. 1227.* (25) *Can. eod.*

(22) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. IV. Dissert. XLIX. De Sanctae Virginitatis merito contra Jovinianum.*

XVIII. Prohibitio (27) solemnitatis nuptiarum certis anni temporibus non est superstitio tyrannica ab ethnicorum superstitione profecta.

XIX. Benedictiones, (28) et aliae caeremoniae, quibus Ecclesia in nuptiis utitur, sine scelere damnari non possunt.

XX. Causae (29) Matrimoniales spectant ad iudices (30) Ecclesiasticos.

XXI. Matrimonia (31) a filiis familias sine consensu parentum contracta irrita non sunt, nec ea parentes rata, vel irrita facere possunt.

XXII. Clandestina (32) Matrimonia, libero contrahentium consensu facta, rata, et vera Matrimonia fuerunt, quamdiu Ecclesia ea irrita non fecit.

XXIII. Nihilominus (33) Ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit.

XXIV. Demum Tridentina Synodus (34) eos, qui aliter, quam praesente Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, et duobus, vel

(27) Concil. Trident. loc. cit. Can. XI.

(28) Can. eod.

(29) Ibid. Can. XII.

(30) Vide Opus inscriptum *Defensio Tridentinorum canonum de Ecclesiae potestate in dirimentia Matrimonium impedimenta adversus Lanoium, Tamburinum, Nestium, aliosque recentiores Auctore Perto Deodato Nicopolitano. Accedit Anonymi dissertatio qua contra quosdam Theologos propugnatur Pontificia Auctori-*

tas in eadem impedimenta. Hierapoli MDCCLXXXVI. et aliud cui titulus: L' Avvocato Pistoiese citato al tribunale dell' autorità, della buona critica, e della ragione sulla podestà della Chiesa intorno a' Matrimonj, da Emanuele Mariano d' Iturriaga. Ferrara 1787.

(31) Concil. Trid. Sess. ead. in Decreto de Reform. Matrimonii Cap. I.

(32) Ibid.

(33) Ibid.

(34) Ibid.

tribus testibus, Matrimonium contrahere attentarent, ad sic contrahendum inhabiles reddidit, et hujusmodi contractus irritos, et nullos esse decrevit, praecepitque Ordinariis omnibus, ut cum primum possent, hoc decretum populo promulgandum, explicandumque in singulis suarum Dioecesium Parochialibus Ecclesiis curarent, atque insuper statuit, ut hujusmodi decretum in unaquaque Parochia suum robur post triginta dies a die primae publicationis in eadem Parochia factae numerandos habere inciperet.

§. XXX.

DE STATU (1) ANIMAE HUMANAЕ

POST SEPARATIONEM A CORPORE, RESURRECTIONE CORPORUM,
EXTREMO JUDICIO, ET BEATITUDINIS,
AC POENARUM AETERNITATE.

- I. Anima (2) humana simul cum corpore non interit:
- II. Neque rursus (3) in hunc mundum in homines: aut pecora, aut serpentes, revertitur.
- III. Neque (4) versatur in statu silentii, et quietis.
- IV. Illorum enim (5) animas, qui post sacrum Ba-

(1) S. Thomas in *Supplem. cit.* a quaest. 69. usque ad finem.

(2) Vide Catechismum Rom. part. I. cap. XII. de undecimo Symboli Articulo num. 2.

(3) Vide Capitula S. Augustini ex urbe Roma transmissa cap. XVIII. Concil. Tom. V. colum. 820. et Natalem Alexandrum in *Hist. Eccles. Saec. I. dissert. XXIV. Art. II.*,

quo refellitur error Simonis Magi de Animarum in alia corpora Transmigratione.

(4) Ut Haeretici plerique existimarunt, quorum errorem hoc ipso saeculo excitavit Thomas Burnetus in Libro *De statu mortuorum, et Resurgentium.*

(5) Concil. Florent. in *Definitione Concil. Tom. XVIII. colum. 526.*

ptisma susceptum nullam omnino peccati maculam incurrerunt, illas etiam, quae post contractam peccati maculam, vel in suis manentes corporibus, vel eisdem exutae, sunt purgatae, mox in coelum recipi, et intueri clare ipsum Deum ostenditur Scripturarum auctoritate:

V. Publicis Ecclesiae precibus:

VI. Patrumque tum Graecorum, tum (6) Latinorum testimoniis.

VII. Quamquam (7) S. Augustinus assensus aliquando Millenariis illis fuerit, qui post hanc vitam regnum Christi spiritale futurum, eique regno aeternam vitam positam in Dei visione intuitiva successuram putarunt, deinceps tamen Sanctorum animas nullo reatu obstrictas statim ab exitu a corpore intuitu Dei frui docuit.

VIII. Ioannes XXII. (8) nec ut Pontifex definivit, nec ut privatus Doctor asseruit animas plane purgatas beatitudine, quae in divinae essentiae intuitu consistit, usque ad extremi iudicii diem non potituras.

IX. Anima illorum (9), qui poenitentes in Dei cari-

(6) Vide Ludovici Antonii Muratorii Opus inscriptum *De Paradiso, Regnique Coelestis gloria, non expectata Corporum Resurrectione Justis a Deo conlata adversus Thomae Burneti Britanni librum de Statu mortuorum Veronae MDCCXXXVIII.*

(7) Vide Cl. Mamachium *De Sanctis Veteris Testamenti ec. Tom. II. pag. 825.* in adnot., Gazzanigam in

Praelectionibus *De Deo. Dissert. IV. Cap. XIII.* alios.

(8) Vide Criticam animadversionem in Conclusionem Tournellii, *Quae fuerit Ioannis XXII. sententia circa beatitudinem Sanctorum Praelectionum Theologicarum ejusdem Edit. Venet. 1765. Tom. I. part. I. pag. 354. seqq.*

(9) Concil. Florent. in *Definitione Concil. Tom. XVIII. col. 526.*

tate decedunt , antequam dignis poenitentiae fructibus de commissis satisfecerint , et omissis , poenis purgatorii post mortem purgantur :

X. Et ut a poenis (10) hujusmodi releventur , pro sunt eis Fidelium vivorum suffragia , Missarum scilicet sacrificia , orationes , et eleemosynae , et alia pietatis officia , quae a Fidelibus pro aliis Fidelibus fieri consueverunt secundum Ecclesiae instituta , quae (11) Spiritu sancto edocta ex sacris litteris , et antiqua Patrum traditione docet , Purgatorium esse , animasque ibi detentas Fidelium suffragiis , potissimum vero acceptabili altaris sacrificio (12) juvari .

XI. Demum illorum (13) animae , qui in actuali mortali peccato , vel solo originali decedunt , mox in infernum descendunt , poenis tamen disparibus puniendae .

XII. Christus (14) eodem corpore , quo passus est , et resurrexit , et eadem forma , qua ascendit in coelos , venturus est judicare vivos , et mortuos , nimirum (15) tam eos , qui adventante judicio mortui jam erant , quam eos , qui morientur .

XIII. Ad cujus (16) adventum omnes homines , omni (17) malorum , bonorumque discrimine remoto , resurgere habent .

(10) Concil. Florent. *ibid.*

(11) Concil. Trid. *sess. XXV. in decreto* De Purgatorio .

(12) Vide Natalem Alexandrum *in Hist. Eccl. Saec. IV. Disser. XLV. De Purgatorio.*

(13) Concil. Florent. *in Definitione cit.*

(14) Conc. Francofordiense *in Professione Fidei. Concil. T. IX. col. 97.*

(15) Catechismus Rom. *par. I. Cap. XII. de undecimo Symboli Articulo num. 6.*

(16) Symbolum Athanasianum *Concil. Tom. II. col. 830.*

(17) Catechis. Rom. *loc. cit.*

XIV. Resurgent (18) autem non in animo tantum, sed etiam cum (19) corpore.

XV. Et quidem cum (20) ipso corpore, quod uniuscujusque proprium fuit, ut homo cum eodem corpore, cujus opera vel Deo, vel daemone servivit, triumphum coronas, et praemia consequatur, aut poenas, et supplicia miserrime (21) perferat.

XVI. Neque vero primum resurgent justus, deinde post mille annorum intervallum resurgent impii, sed omnibus corpora ipsorum una restituentur.

XVII. Nam millenarium Christi cum justis in mundo regnum, ut vanum, fictumque, jamdudum totius Christiani orbis consensione (22) rejectum est.

XVIII. Singuli porro (23) homines post resurrectionem judicabuntur :

(18) Vide Capitula S. Augustini ex Urbe Roma transmissa *cap. XXVII. Concil. Tom. V. col. 820.*

(19) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. I. Dissert. XXVI. artic. II. quo refellitur Basilidis error, corporum Resurrectionem futuram negantis.*

(20) *Catech. Rom. loc. cit. n. 8.*

(21) Vide *Exercitationem De Carnis Resurrectione contra Isaacum Beausobrium*, quam An. MDCCLXXXIII. edidimus.

(22) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. I. Dissert. XXVII. Art. II., quo refellitur er-*

ror Cerinthi de terreno, et millenario Christi Regno, et Mamachium De Animabus Justorum Veteris Testamenti &c. pag. 26. seqq.

(23) Vide *Catech. Rom. Par. I. cap. VIII. de septimo Symboli articulo*. Qui sane Catechismus jussu S. Pii V. Pontif. Max., qui illum in lucem edendum quam diligentissime, et fidelissime impressum curaverat, Italice redditus ab Alexio Figliuccio Ord. Praed. fuit, cujus versio mandato Clementis XIII. Pontif. Max. Romanis typis iterum excusa fuit hac inscriptione: *Catechismo, cioè istruzione secondo il de-*

ereto del Concilio di Trento a' Paro-
 chi, pubblicato la prima volta per co-
 mandamento del Sommo Pontefice
 Pio V. e tradotto poi per ordine del
 medesimo in lingua volgare dal Rev.
 P. F. Alessio Figliucci dell' Ord. de'
 Predicatori, ed ora ristampato per
 ordine di N. S. Clemente XIII. In Ro-
 ma 1761. nella Stamperia della Ca-
 mera Apostolica appresso il Bernabò,
 ed il Lazzarini. Jam vero Auctor
 epistolae, cui titulus: Istruzione...
 sulla necessità, e sul modo di stu-
 diare la Religione praefixae Cate-
 chismo proscripto Gourlini Edit.
 Venet. pag. 24. scribit: „ Fra i
 „ catechismi, voi ben sapete, che
 „ il Romano ha sopra tutti la pre-
 „ ferenza. Dell' autorità, e pre-
 „ ggio di un tal libro per ordine
 „ dei Padri Tridentini compilato,
 „ dai Romani Pontefici approvato,
 „ e tante volte proposto, dalle più
 „ illustri Chiese avidamente accol-
 „ to, e nelle ordinazioni nostre
 „ Sinodali particolarmente racco-
 „ mandato, superfluo è il far pa-
 „ rola, ben volentieri rinnovando
 „ su ciò le premure dei miei An-
 „ecessori. Ma poichè o la diffi-
 „ coltà della lingua, o la forma
 „ delle espressioni forse troppo su-
 „ blimi fanno sì, che le persone
 „ idiote, e meno culte sono po-
 „ co in grado di profittarne, però
 „ hò creduto espediente di adot-

„ tarne uno a comodo di tutti, che
 „ per esser conforme alla Dottri-
 „ na del Catechismo Romano non
 „ può dispiacere se non a quegli,
 „ i quali la sana Dottrina, che ivi
 „ è contenuta, amano di contrasta-
 „ re, e combattere. „ Quibus verbis
 „ duo peccat, alterum, quod aut I-
 „ talicam Catechismi Romani versio-
 „ nem ignoravit, aut librum Italice
 „ redditum, et quidem saeculo XVI.
 „ multum profecto, difficile a popu-
 „ laribus suis non modo Italis, sed
 „ etiam Etruscis intelligi putavit, al-
 „ terum, quod Gourlinianae Institutio-
 „ nis doctrinam Catechismi Romani
 „ doctrinae consentaneam esse men-
 „ tiatur. Nam, si Institutionis Gourli-
 „ nianae doctrina Catechismi Romani
 „ doctrinae consentanea esset, illam
 „ profecto numquam Apostolica Sedes
 „ proscripsisset: proscripsit autem,
 „ et quidem gravissimo decreto, quod
 „ in adnot. 7. ad §. V. indicavimus:
 „ non igitur Gourlinianae Institutio-
 „ nis doctrina Catechismi Romani do-
 „ ctrinae est consentanea. Neque ve-
 „ ro secus ac de Gourliniana Institu-
 „ tione statuendum est de Catechi-
 „ smo, cui titulus: *Catechismo per i*
Fanciulli ad uso delle Città, e Dio-
cesi di Cortona, Chiusi, Pienza,
Pistoja, Prato, e Colle. Quod cum
 „ multis exemplis confirmare possim,
 „ unico brevitàs causa contentus ero.
 „ Catechismus Romanus *Par. I. cap.*

XIX. Et qui (24) bona (25) egerunt, ibunt in vi-

VI. de Quinto Symboli articulo n. 6. haec habet: „ Docendum erit prop-
 „ terea Christum Dominum, ad
 „ inferos descendisse, ut ereptis Dae-
 „ monum spoliis, Sanctos illos Patres,
 „ caeterosque pios e carcere liberatos
 „ secum adduceret in Coelum, quod
 „ ab eo admirabiliter, summaque
 „ cum gloria perfectum est: statim
 „ enim illius aspectus clarissimam
 „ lucem captivis attulit, eorumque
 „ animas immensa laetitia, gaudio-
 „ que implevit: quibus etiam op-
 „ tatissimam beatitudinem, quae in
 „ Dei visione consistit, impertivit,
 „ quo facto id comprobatum est
 „ quod latroni promiserat illis ver-
 „ bis (Luc. XXIII. 43.) *Hodie mecum*
 „ *eris in Paradiso*. Hanc vero pio-
 „ rum liberationem Oseas tanto an-
 „ te praedixerat in hunc modum:
 „ (Ose. XIII. 14.) *Ero mors tua,*
 „ *o mors: morsus tuus ero, infer-*
 „ *ne*. Hoc etiam significavit Zacha-
 „ rias Propheta, cum ait: (Zacch.
 „ IX. II.) *Tu quoque in sanguine te-*
 „ *stamenti tui emisisti vinctos tuos de*
 „ *lacu, in quo non est aqua*. Idip-
 „ sum denique expressit Apostolus
 „ illis verbis: (Colos. I. 15.) *Expolians*
 „ *principatus, et potestates, traduxit*
 „ *confidenter palam triumphans illos*
 „ *in semetipso* „. Recita nunc in-
 „ dicati Catechismi testimonium. Te-

stimonium Catechismi pro pueris ad-
 usum Civitatum, et Dioeceseon Cor-
 tonensis, Clusinae, Pientinae, Pi-
 storiensis, Pratensis, et Collensis
 Par. I. Lect. XII. pag. 25. „ D. Che
 „ intendete voi con queste parole:
 „ Discese all'Inferno? R. Io inten-
 „ do, che l'anima di Gesù Cristo
 „ essendosi separata dal suo Cor-
 „ po, discese nel luogo, dove ri-
 „ posavano le anime dei Giusti,
 „ che erano morti avanti la sua ve-
 „ nuta. D. Perchè Gesù Cristo di-
 „ scese in questo luogo? R. Per
 „ consolare le anime giuste, che
 „ avevano creduto, e sperato in
 „ lui, e per avvisarle della loro
 „ prossima entrata nel Cielo „. Ubi
 hic liberationis illorum Patrum e
 carcere, quo detinebantur; ubi op-
 tatissimae beatitudinis in Dei visio-
 ne consistentis, quam illis Christus
 impertiverit, mentio?

(24) Symbol. Athanas. Con-
 cil. Tom. II. col. 630.

(25) Formula actus spei, quae
 in Brevi Catechismo Bellarminiano
 legitur Edit. 1782. pag. 47. seq.
 haec est: „ Dio mio, perchè siete
 „ Onnipotente, ed infinitamente
 „ buono, e Misericordioso, io spero,
 „ che per li meriti della Passione,
 „ e Morte di Gesù Cristo nostro
 „ Salvatore mi darete la vita eter-

tam aeternam, aeterna (26) gloria coronandi cum Christo, et sanctis Angelis ejus in saecula sempiterna: qui vero (27) mala, ibunt in ignem aeternum, aeternis (28)

„ na, quale Voi fedelissimo avete
„ promessa a chi farà opere da buon
„ Cristiano; come propongo di fa-
„ re col vostro santo ajuto „. For-
mula autem in Catechismo citato
adnot. super. *Par. I. Lect. XVI.*
pag. 59. proposita sic habet: „ Mio
„ Dio, io metto tutta la mia fidu-
„ cia nella vostra Bontà infinita,
„ e quantunque ne sia indegno,
„ spero, che *in vista dei meriti di*
„ *Gesù Cristo* voi mi darete la vo-
„ stra grazia in questo mondo, e
„ la vita eterna nell'altro „. Cer-
nis in hac formula nullam divinae
promissionis, nullam bonorum o-
perum, pro quibus aeterna vita
tamquam merces, et corona justi-
tiae reddenda est, mentionem fie-
ri? Et tamen audent qui Catechi-
smum istum Dioeceseon suarum
Parochis proposuerunt, Bellarmi-
nianum criminari, perinde ac si in
ipso *molte essenziali verità* deside-
rentur? Scilicet

*Dat veniam corvis, vexat censura
columbas.*

(Juvenalis *Satyr. II. Edit. Lugdun.*
apud Sebastianum Gryphium 1549.
pag. 11.) Quos autem vexat? Bel-

larminum quidem solum verbo, re
autem vera Pontifices Maximos, qui
Catechismum Bellarmini, et pro-
barunt, et rudibus ad discendum
proposuerunt, atque ita quidem pro-
posuerunt, ut Episcopos hortati fue-
rint, ne quem alium paterentur ma-
nibus teri Christianae plebis, nisi
forte unum aliquem, in quo tam
enucleate, quam est in Bellarminia-
no, tamque accurate, nihil ut re-
dundans sit, nihilque imminutum,
de fidei dogmatibus agatur, veluti
Cl. Mamachus Bellarminianum Ca-
techismum a simili fere Cadonici
(quem sycophanta Pratensis *Epito-
mis Resolut. citat. pag. 26.* Cremon-
ensem facit, cum Cremonae qui-
dem versetur, sed natus sit Vene-
tiis) accusatione vindicans scribit
de Sanct. V. T. &c. pag. 258. Vide
testimonia Clementis VIII., Benedi-
cti XIV., et aliorum de Bellarmini
Catechismo, quae Mamachus idem
affert *pag. 252. seq. adnot. 1.*

(26) Concil. Francofordiense
in Profes. Fidei Conc. Tom. IX. col. 97.

(27) Symbol. Athanas. *ibid.*

(28) Concil. Francofordiense
loc. cit.

suppliciiis (29) damnandi cum diabolo , et angelis ejus .

XX. Quae cum ita sint , corpora (30) hominum post resurrectionem non sunt futura aetherea , et figura sphaerica : nec ipso Domino primum deponente proprium suum corpus , abibit in nihilum natura corporum :

XXI. Nec unientur (31) Deo Verbo per omnia similiter coelestes virtutes , et omnes homines , et diabolus , et spiritalia nequitiae : neque omnes erunt a dextris Dei , quemadmodum Christus :

XXII. Nec omnium (32) rationabilium unitas una erit hypostasi , et numero sublatis una cum (33) corporibus .

(29) Vide Natalem Alexandrum in *Hist. Eccl. Saec. III. Diss. XXVII. contra Origenistas Art. 11. Propositione unica, aeternam fore damnatorum, et hominum impiorum damnationem, Scriptura Sacra diserte asserit, caeterique Patres contra Origenem, propugnant.*

(30) Concil. Constantinopolitanum II. in *Canonibus adversus Origenem can. X. Concil. Tom. VI. col. 227.*

(31) *Ibid. can. XII.*

(32) *Ibid. can. XIV.*

(33) Non sum nescius, nonnullos fore in sacrarum Scripturarum, Ecclesiaeque Patrum, ac Doctorum lectione aut nunquam, aut minus diligenter versatos, qui me reprehendent, quod novos Dogmatistas nimis aspere tractaverim. Erunt etiam fortasse, qui mihi homini pri-

vato fas negent fuisse Epistolas, atque Institutiones etc. quae Episcoporum mandato vulgatae dicerentur, notare. Contra quos extrema hac adnotatione breviter dicendum existimo, ne ipse mihi in optima causa defuisse, aut patrono indigere videar. Ego igitur nihil de novis Dogmatistis dixi, quod a me de ipsis verissime dictum esse, demonstrare non possim. Sed fac illos asperius, quam incredibilis eorum inscitia, procacitas, impietas posceret, tractaverim. Ne ipsi quidem, nisi pudor omnis ab eorum fronte cesserit, de mea in iisdem objurgandis acerbitate conquerentur. Verebuntur enim, ne aequi iudices in eos illa Juvenalis *Satyr. II. Edit. cit. pag. 10.* carmina torqueant:

„ Quis tulerit Gracchos de sedi-
„ tione querentes ?
„ Quis coelum terris non misceat,
„ et mare coelo,
„ Si fur displiceat Verri ? homi-
„ cida Miloni ?
„ Clodius accuset moechos ? Ca-
„ tilina Cethegum ?
„ In tabulam Syllae si dicant di-
„ scipuli tres ?
Etenim quam petulanter ipsi ma-
ledicunt clarissimis Theologis, atque
in primis Reverendissimo Patri Tho-
mae Mariae Mamachio Ord. Praed.
S. P. A. Magistro, cujus si multos
pares haberemus, profecto haec
novarum opinionum, sive antiqua-
rum haeresum contagio tam late non
manasset ! Quae in Sacras Cardina-
lium Congregationes, Indicis prae-
sertim, atque Inquisitionis impro-
peria jactant ! Quot conviciis, con-
tumeliis, calumniis Romanos Pon-
tifices, maxime Clementem XI., et
Pium Sextum, qui tanta moderatio-
ne Christianam Rempubicam gerit,
proscindunt ! Quibus injuriis San-
ctos ipsos cum Deo regnantes ap-
petunt ! Ecquis igitur erit tam non
dicam moderatus, sed dissolutus,
qui postulet, ut nulla in istos
vox testis justissimae indignationis
mittatur ? Venio ad aliud crimina-
tionis caput. Libellos ajunt aliquot
a nobis exagitados, qui nomine quo-
rundam Episcoporum editi ferren-

tur. Novi, qui sit honos Episco-
pis deferendus. Verum, si horum
nomine quidquam circumferatur,
quod Patrum, Synodorum, Ponti-
ficum Decretis manifesto repugnet,
illudne manare latius taciti patiemur ?
Quod si licuit Hieronymo Praesbyte-
ro, et Monacho Joannem Episcopum
Hierosolymitanum, qui in Origenis
errorum suspicionem venerat, pa-
lam exagitare, si licuit Mario Mer-
catori, homini laico, Commonito-
rium Theodosio Imperatori adversus
Pelagianos Episcopos offerre, et Con-
stantinopoli publice legendum propo-
nere, atque *adversus Nestorii* Episco-
pi Constantinopolitani impios *ana-
thematismos contradictiones* vulgare,
si denique, ut alia exempla omit-
tam, ne in re minime necessaria sim
longior, licuit Prospero Aquitano,
item laico, Episcopos, Presbyteros,
Monachos Scimpelagianorum erro-
ribus implicatos integris volumini-
bus aggredi, quis mihi non licuisse
libros perniciosorum errorum ple-
nissimos improbare, ac refellere
aquo jure contendat ? Ostendant,
qui nullam a me de libellis istis
mentionem faciendam fuisse volunt,
ostendant, si possunt, in ipsis Re-
fractariorum Opera Orthodoxae Fi-
dei, bonisque moribus infesta,
atque adeo gravissimis Romanorum
Pontificum, et Sacrarum Congre-
gationum decretis justissime pro-

scripta, non commendari, ac Fidelibus, legenda non ingeri: ostendant Catholicos a debita obedientia supremis Sedis Apostolicae iudiciis praestanda non averti, atque ad nefarium schisma non sollicitari: ostendant Sacrae Scripturae testimonia contra nativum eorum sensum, atque unanimem Ecclesiae Patrum expositionem ad commenta inania confirmanda perverse non detorqueri: ostendant Catholica dogmata, eaque multa non supprimi: ostendant improbatas ab Ecclesia universa propositiones explicate, ac sine ulla prorsus dissimulatione Fidelium animis non insinuari: ostendant in Italica formula Salutationis Angelicae, vocibus *ventris tui* ex S. Luca *cap. 1. ver. 42.* acceptis, voces *vestrorum viscerum*, ed è „ benedetto Gesù frutto *delle vostre viscere* „ Catechismi ad usum civitatum, ac Dioeceseon Cortonensis, Clusinae, Pientinae, Pistoriensis, Pratensis, et Collensis,

pag. 140. ex sacrilega omnia novandi libidine non fuisse substitutas: ostendant demum eas de Ecclesiae iudiciis regulas non constitui, ad quas, si Ecclesiae ejusdem definitiones exigantur, omnes labascunt, et corruunt. Quod si haec ostendere nulla ratione possunt, non mihi, qui pro meo munere Catholico populo tam prava errorum monstra, atque portentosa patefecerim, succenseant, sed improbis illis Veteratoribus, qui libellos tam perniciosos vulgandos curarunt, irascantur; ac si ulla in ipsis, quam maximam esse arbitror, de aeterna ejusdem populi salute, quae ex nefariorum illorum voluminum lectione in certum discrimen adducitur, est sollicitudo, dent operam, ut volumina ipsa ex Catholicorum omnium manibus erepta, flammisque ex veteri Ecclesiae praxi, et Christianorum Imperatorum legibus tradita perpetua oblivione obruantur.



APPENDIX

I.

SS. D. N. D. CLEMENTIS DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XI.

Litterae ad universos Christifideles datae (1) adversus eos, qui Constitutioni Sanctitatis Suae, quae incipit *Unigenitus*, anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo decimo tertio, sexto Idus Septembris, editae (2) debitam obedientiam praestare hactenus recusarunt, aut (3) in posterum (4) recusaverint.

CLEMENS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Universis Christifidelibus praesentes Litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

Pastoralis officii, quod superni dispositione consilii gerimus, cura Nos admonet, ut Animarum salutem ubique terrarum procurandae; ac praesertim Orthodoxae Fidei, sine qua impossibile est placere Deo, puritati servandae omni studio advigilemus. Eapropter cum in quibusdam ultra Montes Provinciae, & praecipue in amplissimo Galliae Regno, varia pravarum Doctrinarum, imò & Haeresum semina, occasio-

(1) Et in Typographia Rev. Cam. Apostolicae eodem, quo datae fuerunt, anno impressae: cujus quidem impressionis exemplo utimur.

(2) Bullarii Romani, seu novissimae, et accuratissimae Collectionis Apostolicarum Constitutionum Typis, et expensis Hieronymi Mainardi Tom. XI. Part. I. num. CLXXXVII. pag. 345. seqq. et alibi passim.

(3) Arrigant aures Annalistsae Florentini, Editores Opusculorum Pistoriae, Resolutores casuum conscientiae in Civitatibus, et Dioecibus Pistoriensibus,

et Prateni discussorum, (homines non modo Theologiae, sed etiam Grammaticae imperitissimi) eorumque faederati Professores AA. II. PP. SS. TT. &c. &c., et vel Petro per Clementem ipsos alloquenti morem gerant, vel quorum perveraciam imitentur, eorum tristem exitum expectent.

(4) Bullarii Rom. Editionis Mainardi Tom. III. Parte altera n. CCLIX. pag. 139. seqq. hoc argumento: *Monita Pastoralia Christifidelibus data adversus recusantes obedientiam praestare Consilii Unigenitus.*

ne damnati cujusdam Libri (5) Gallico idiomate jam pridem editi, sub

(5) Ad damnatum hoc opus, non sine ejusdem Auctoris commendatione rejicit Lectores suos Pseudo-Theologus ille, qui confecit *Resolutiones ad casus conscientiae* in Civitate, et Dioecesi Pistoriensi anno 1785. *discussos*, impressas ad calcem libelli, cui titulus: „Ordo „Divini Officii a Clero Saeculari, et „Regulari in Civitate, et Dioecesi Pistoriensi recitandi anno 1786. Illustriss. „et Reverendiss. DD. Scipionis de Riccis „Episcopi Pistoriensis, et Pratensis „jussu in lucem editus Pistorii apud „Athonem Bracali Episcop. Typogr. „Sup. Annue. pag. 84. ubi „plura desiderant, adeant Chrisostomum (sic) in citato loco, piissimum Quesnellum (nae illum piissimum virum, qui animam jam jam efflaturus hanc declarationem emisit: declaro me persistere in ea opinione, quod nihil vel in meo Observatorum Moralium libro, vel in aliis scriptis meis docuerim, quod non maxime congruat Fidei Ecclesiae. . . . me renovare, quas feci querelas, et protestationes adversus manifestam injustitiam illorum, qui me condemnarunt inauditum: me persistere in appellatione, qua ad futurum Concilium provocavi. Vide Fr. Pii Vanden Dych *Ord. Praed. Opusculum inscriptum. Clementina Unigenitus* ab Anonymi Auctoris dubiis vindicata. Romae 1738. *Cap. II. n. XXXI. p. 72. seq.*) in suis moralibus considerationibus super novum Testamentum ad vers. 4. Cap. 2. Epistolae 15. (sic) ad Thimothe. „Quid dicam de Collectione Opusculorum Pistoriensi, in qua Collectione tot Refractoriorum Opuscula, quibus Constitut. *Unigenitus* impetitur, et Quesnelli universae Ecclesiae judicio improbatum Opus

defenditur, et celebratur, recusa sunt? nempe *Tom. I. num. VIII.* „ Lettera ad „una Religiosa sulla proibizione di leggere i migliori Libri di Pietà, le „riflessioni morali sul nuovo Testamento del P. Quesnel, e le Novelle Ecclesiastiche di Parigi „. *T. II. num. II.* „Trattenimenti del Prete Eusebio, e „dell'Avvocato Teofilo sulla parte che „i Laici debbono prendere nell'affare „della Costituzione *Unigenitus*, e dell'appello, che vi è stato interposto „. *num. III.* „ Costituzione *Unigenitus* di „Papa Clemente XI. colle Proposizioni „condannate messe in parallelo colla „Scrittura, e colla Tradizione „. *num. IV.* „ Lettera di una Dama Francese al „Papa Clemente XI. sopra la lezione „della Sagra Scrittura proibita nella „Costituzione *Unigenitus* (quod est „falsissimum, si generatim intelligatur) „. *num. V.* „ Lettera di un „Solitario al Papa Clemente XI. „et *Tom. VI. num. I.* „ Atto d'Appello dalla „Costituzione *Unigenitus* „. *num. II.* „ Discorso intorno all'Appello, in cui „si espone sommariamente l'istoria „delle dispute, che hanno dato luogo „all'Appello, e la importanza della „causa degli Appellanti „. *Tom. VII. num. II.* „ Memorie sul silenzio, che „osservano molte Chiese degli Stati „Cattolici nell'affare della Costituzione „*Unigenitus*, che da tanto tempo fa „un strepito grande nella Chiesa di „Francia „. *et Tom. XII. num. IV.* „ Consulto sulla proibizione di leggere „il Libro delle Riflessioni Morali del „P. Quesnel, o le Novelle Ecclesiastiche „che „. His adde impium Opus cui titulus: „Gesù Cristo sotto l'anatema, „e sotto la scomunica, ovvero „Riflessioni sul Mistero di Gesù Cristo

titulo: *le nouveau Testament en François, avec des reflexions Morales sur chaque Verset &c.* Aliter vero: *Abbrégé de la Morale de l'Évangile, des Actes des Apôtres, des Epîtres de Saint Paul, des Epîtres Canoniques, & de l'Apocalypse, vel Pensees Chretiennes sur le Texte de ces livres sacres &c.* germinare cognovissemus; iisdem eradicandis, Nostri non minus muneris debito admoniti, quam crebris multorum Catholicæ Orbis, ac praesertim Galliae Episcoporum, precibus excitati: qui etiam piis, ac saepius repetitis clar. mem. Ludovici XIV., dum vixit, Francorum Regis Christianissimi votis, et officiis adducti, quaecumque potuimus Apostolicae nostrae sollicitudinis partes (6), adjuvante Domino, interponere non praetermissimus. Quae autem, et quanta in hoc arduo, gravissimoque negotio per plures annos egerimus, et passi simus; quaeve inobedientium hominum, et paucorum (quod valde dolentes dicimus) illustrium etiam Ecclesiarum Antistitum veritati non acquiescentium opera in idem inclytum Regnum mala provenerint, vobis fere omnibus minime ignota esse existimamus. Postquam siquidem, Divino in primis implorato praesidio, curaque omni studio, ac labore, prout rei gravitas exposcebat, diutissime collatis, adversus praedictum librum Constitutionem nostram, quae incipit: *Unigenitus Dei Filius*, anno Incarnationis Dominae millesimo septingentesimo decimo tertio, sexto Idus Septembris, editam promulgavimus; in qua plures noxios articulos ex eodem libro

„ rigettato, condannato, e scomuni-
„ cato dal gran Sacerdote, e dal corpo
„ dei Pastori del popolo di Dio per
„ l' Istruzione, e consolazione di quelli
„ che nel seno della Chiesa provano un
„ simile trattamento in Pistoja 1786.
„ Presso Atto Bracali con Approvazio-
„ ne „; Gallica lingua primum edi-
„ tum, et anno 1734: proscriptum. Atqui
haec Opuscula sunt, quae *interessanti-
ta Religione* appellantur, et Fidelibus
legenda ingeruntur. O tempora! O mo-
res! Interea, quando perditæ Ecclesia-
sticæ unitatis hostes exitiosorum, vo-
luminum lectione Christianum populum
a debita Const. *Unigenitus* obedientia

avertere conantur, Catholicorum Epi-
scoporum erit, dare operam, ut a Theo-
logis, & animarum Rectoribus eorum
curae subditis assidue terantur *Documen-
ta Pastoralia* Archiepiscopi Cameracensis
adversus Jansenianos, & egregia praecla-
rissimorum Theologorum Van Ranst,
Van Dedye, & aliorum, quos comme-
morare possem, Opera, quibus Constitutio
illa ab impudentissimis Refractoriorum
calumniis vindicatur.

(6) Vide proximas Innocentii XIII.
Litteras, & Praefationem praemissam
Opusculo, cui titulus: *Breve Istoria
delle variazioni del Giasenismo dalla
sua origine fino al presente.* Roma 1745.

excerptos censuris variis, quas respective, ut ajunt, hoc est, singuli aliquam saltem earum merebantur, notatos pro hujus Sanctae Sedis more (7) proscripsimus; cujusmodi remedii necessitatem tum memoratus Ludovicus Rex, tum plerique ex Gallia Episcopi supradicti iteratis obtestationibus inculcaverant, non aliter suborta dissidia sedari posse constanter affirmantes; tota quidem Christi Ecclesia Petrum per Nos, tametsi indignos, loquentem secuta, Apostolicam ejusdem Constitutionis doctrinam debito obsequio, atque obedientia (8) suscepit; At Novatores, qui sequuntur spiritum suum, et nihil vident, ex inconsulta eorundem paucorum Antistitum haesitatione ita animos extulerunt, ut incredibili audacia Constitutionem ipsam perverse interpretari, et incensere, pravaeque etiam doctrinae per imprudentes calumnias insinquare non erubuerint. Itaque, ut reluctantes illos Episcopos ad sectanda Fratrum suorum vestigia excitaremus, ac turbarum, majorumque omnium fomitem, quem improvida illa cunctatio administraverat, extingueremus, canonicas animadversiones post diuturna trium annorum longanimitatis experimenta adhibere constitueramus. Verum Venerabiles Fratres nostri S. R. E. Cardinales, quibuscum rationem consilii nostri communicare aequum esse censuimus. Nos enixe obsecraverunt, ut paulisper superioribus remediis supersedere vellemus, dum interim communibus litteris Collegam suum (9) Constitutioni nostrae sese subjicere detrectantem, atque iisdem propterea animadversionibus obnoxium ad unitatis, et pacis consilia revocare conarentur. Eorum igitur precibus annuentes, ne quam lenitatis viam intentatam relinqueremus, per illas ipsas inducias Nos quoque ad universos Archiepiscopos, et Episcopos Regni Galliarum litteras in forma Brevis die xx. Novembris MDCCXVI. expeditas dedimus, quibus rerum gestarum serie, et Ecclesiarum perturbatione uberius exposita, illos hor-

(7) Ut patet ex Constitutionibus Romanorum Pontificum Martini V. *Inter Cunctas*, Leonis X. *Exurge Domine*, Gregorii XIII. *Provisionis*, & aliorum quas omitto.

(8) Vide Opus, cui titulus: *Témoignage de l'Eglise universelle en faveur de la Bulle Unigenitus Bruxelles 1718*. Confer *Instrumenta Publicatio-*

num, quibus Constitutio Unigenitus per Europam est annuntiata apud Van Ransst in Opusculo, cui titulus: *Veritas in medio* &c., et Collect. Concil. Edit. Vennet. 1733, Tomo XXI. col. 1823. seqq. (9) Ludovicum Antonium S. R. E. Cardinalem Noallensem Archiepiscopum Parisiensem.

tati sumus, ut dissentientes Coepiscopos suos nostro etiam nomine convenirent, eosque officii sui fraterna charitate admonerent, nec non omnibus Sacerdotalis sollicitudinis argumentis, imploratoque, nostris etiam verbis, dilectissimi in Christo filii nostri Philippi Ducis Aurelianensis, ejusdem Regni Rectoris, patrocinio, ad reparanda Ecclesiasticae unitatis, et disciplinae detrimenta, atque ad avertenda Catholicae Religionis pericula flectere satagerent. Speravimus quidem uberem ex ejusmodi nostris litteris fructum, junctoque nobiscum praeclarissimorum Galliae Praesulum zelo, qui maximo sane numero pro veritate certabant, factum iri credidimus, ut dissidentes Fratres, quod Nobis adeo in votis erat, lucrari possemus. Atqui spe nostra frustratos confestim Nos vidimus, dolentesque clamare coacti sumus: sustinuumus pacem, et non venit, quaesivimus bona, et ecce turbatio; Et sane tam gravis, ut qui ex adverso erant, illas ipsas nostras, et hujus Sanctae Sedis voces variis artibus pene intercludere tentaverint. Neque profecto feliciter cesserunt officia illa, quae Cardinales praedicti per impetratas a nobis, ut diximus, inducias praestiterunt. Quamquam enim communi totius Sacri Collegii epistola, suasiones, consilia, obsecrationes, atque omnem ministerii sui, fraternaeque benevolentiae fidem, sedulitatem, ac sollicitudinem adhibuissent, frustra se tamen laborasse intellexerunt, neque alium, praeter inanes scandalorum, ac dissidiorum expostulationes, sed sine voluntate veram amovendi causam, unde illa emergerant, operae suae fructum (10) reportarunt. Non ta-

(10) Cardinalem Noallensem, qui se Constitutioni *Unigenitus* subicere detrectabat, ad parendum tandem induxit Benedictus XIII. gravissimis ad eundem Epistolis, quibus monebat hominem, atque hortabatur, in Pontificiam legem, ut juraret aliquando neve diutius ea de re deliberaret cujus turpis esset, atque indigna Episcopo, et Cardinali praesertim admodum serene deliberatio: haberet rationem estimationis suae, ne tam turpiter in extremae vitae actu corrueret haberet salutis, quae, Divina adventante animadversione, in propinquum esset adducta discrimen: denique si

non se, gregem respiceret suum, cui noceret exemplo magis, quam peccato, ut scribit Philippus Bonamicus *De claris Pontificiarum Epistolarum Scriptoribus Editionis Romae MDCCLXX. pag. 106.* Vide Franciscum Mariam Ottierium *Istorie delle guerre avvenute in Europa Lib. XVII. Tom. VI. pag. 319. et seqq.* Epistola autem, quam Cardinales Acciajulus, Marescotus, et Pamphilius communi totius Sacri Collegii nomine ad Cardinalem Noallensem perscripserunt, legitur in Opere inscripto *Temoignage* etc. (quod indicavimus Not. 8.) pag. 20. seqq.

men propterea concidimus animo, imo necdum a mitioribus consiliis recessimus: nihil interim curantes, quomodo homines modum huac agendi nostrum interpretarentur, quippe qui sciremus Deo aequè per infamiam, et bonam famam serviendum esse. Itaque, ut aberrantes in viam justitiae suaviter revocarem, iteratis saepius hortationibus nostris, etiam preces addidimus, eundemque in scopum, privatis litteris manu nostra conscriptis, ea omnia paternae mansuetudinis officia implevimus, quae suggerere nobis potuit Christiana charitas, quae patiens est, benigna est, omnia suffert, omnia (11) sustinet. Plures interea Gallicani Antistites non minus sapientia, et doctrina, quam pietate, ac studio tuendae Religionis illustres, ex iis scilicet, qui debita submissione Constitutionem nostram amplexi fuerant: dignitatis, et muneris sui probe memores, votisque, et officiis nostris obsecundantes, favente etiam eorum conatibus memorato Philippo Duce, ac Rectore, curas omnes suas, assiduosque labores ad discordantium Fratrum animos permovendos enixe conferre non omiserunt. Sed haec omnia prosperum illum, quem summopere praestolabamur, exitum minime habuerunt. Obscurati siquidem sunt retinentium oculi, ne viderent, ac obturatae sunt aures, ne audirent; adeo ut nonnulli eorum, non sine bonorum omnium luctu, hostiumque Ecclesiae plausu, ad ea insuper publice devenire ausi fuerint, quae omnes ex vobis, quibus illa innotuerunt, improbasse non dubitamus, quaeque ipsimet, qui ea per-

(11) Singularis curae tum Clementis XI., cum Innocentii XIII., qui ei proxime successit in Cardinali Noalliensi, et paucis illis, Gallicanis Episcopis, qui Constitutioni *Unigenitus* adversabantur, sanam doctrinam revocandis, testis locupletissimus est Benedictus XIII. in Allocutione ad Sacrum Cardinalium Collegium die 8. Novembris an. 1728. apud Oulierum *Tom. cit. pag. 321. seq.* his verbis: „Iam satis „compertum Fraternitatibus vestris ex- „ploratumque est, quam graves haec- „tenus haec S. Sedes curas suscepit, „quantaque cum animi fortitudine et „longanimitate Romani Pontifices felic. „reord. Clemens. XI., et Innocentius

„ XIII. pro tuenda sana doctrina ad- „versus errores per Constitutionem, „quae incipit *Unigenitus* sapientissime „proscriptos, omnes Apostolatus par- „tes expleverint, ut qui debitam obe- „dientiam detrectabant, veritati ac- „quiescerent, praesertim vero ut prae- „claris ornamentis insignis Collega „Vester Cardinalis de Noallies Archie- „piscopus Parisiensis, in cuius nomine „et auctoritate dissensionis suae prae- „sidium locaverant pervicaces sincera „et Episcopali declaratione debitum „persolveret, eosque illustribus suae „dignitatis exemplis mandatisque ad „officium revocaret. „

petrarunt, a Nobis, et a Sancta Romana Ecclesia palam, atque perpetuo damnanda, atque execranda esse non ignorabant. Quare Nos qui supremo Divini Pastoris mandato deesse nec possumus, nec debemus, quo et illius Oves pascere, et Fratres nostros confirmare praecipimur, animo nobiscum reputantes, quod Verbum Dei non est alligatum, postquam diu tentatis inutiliter consiliis pacis hucusque siluimus, adhuc ulterius tacere Nobis non tutum, Christiano autem Populo perniciosum fore censemus. Ad vos proinde omnes ex unaquaque Natione, quae sub Coelo est, Christifideles, paternas voces nostras dirigimus, quo primum quidem doloris nostri participes, vestras nobiscum ad Deum preces deferatis, ut superna adspirante gratia, qui hactenus contumaces fuerunt, non jam ulterius alta sapientes, sed humilibus consentientes ad debitam cum coeteris Christifidelibus in sana, Catholicaque Doctrina profitenda veniant unitatem. Hoc nempe ex animo unice querimus, hoc dies, noctesque, nec sine lacrymis a Domino imploramus; Neque enim oblivisci potest mulier infantem suum, nec Sancta Romana Ecclesia filios suos. Deinde ne quis Christianum Populum seducere pergat inanibus verbis, vos omnes, ut necesse est, monitos volumus, et certos facimus, quod frustra, et quidem non sine fermento malitiae, et nequitiae, istiusmodi homines nobiscum in Doctrina Religionis consentire se jactant, dum interim, Heterodoxorum exemplo praeeunte, editam a Nobis Constitutionem, quam universa Ecclesia veneratione debita complectitur, non modo alienis ab ipso verborum tenore interpretationibus, sed et apertis calumniis superinductis, maligne carpere audent, et immanium errorum accusatione perstringere; perinde ac si ipsi soli, aliis Christifidelibus ubique gentium desipientibus, saperent, ipsi soli, reliquis caecutientibus, lumen veritatis aspicerent. Nec profecto minor est illorum culpa, qui ut facilius incautis illudant, cum haec ipsa moliuntur, eidem Constitutioni nostrae nequaquam adversari, sed solas declarationes, in rebus tamen apud coeteros omnes plane perspicuis, postulare se simulant, non quidem discere, sed tentare cupientes, ut Ecclesiam, si possint, quaestionibus inutilibus, et interminatis immisceant, et luci Catholicae veritatis tenebras quoquo modo obscuratis offundant. Ita sane patientia nostra abutentes, Apostolicae auctoritati obsequium, ac reverentiam se exhibere gloriantur illo ipso tempore, quo ei gravissimam

inferunt injuriam; Iisdem siquidem explicationum petitionibus satis aperte ostendunt, ideo se Constitutioni nostrae debitam obedientiam nondum praestitisse, quia verentur, ne per illam Catholica Dogmata convellantur: ne laudabilis, et ab hac Sancta Sede probata Ecclesiastica disciplina infringatur: neve demum salubriores Christianorum morum regulae subvertantur; quod plane idem est ac vereri, ne defecerit Fides Petri, totaque Christi Ecclesia magisterio Apostolicae vocis imbuta a via veritatis, et salutis erraverit. Praeterea, ut pessimae causae splendidum patrocinium concilient, praefataeque Constitutioni majorem undecumque invidiam faciant, se ab ea suscipienda retardari affirmant, eo quod suspicentur per illam damnari Sententias, atque Doctrinas, quas Insignes Catholicorum Scholae absque ulla censura hactenus tenuerunt, ac tradiderunt; Cum tamen, nisi ab antiquis semitis, Sanctorumque Patrum vestigiis, imo & ab earumdem Scholarum instituto, quod verbis profitentur, reipsa recessissent, probe reminisci deberent, quod illarum Principes (12), quorum nomina pertinaciae suae temere praetendunt, quemadmodum & coeteri illustriores Ecclesiae Scriptores, suum semper esse duxerunt, ut ab Apostolica Sede discerent quid credere, quid tenere, quid docere deberent: ut ad illam scripta sua examinanda, & emendanda dirigerent: ut inde lumen Catholicae Fidei reciperent, ubi non posset Fides ipsa sentire defectum: ut nemo eorum denique sententiam suam adversus Petri auctoritatem defenderet. Coeterum in hoc ipso praepostero judicio consuetum calumniandi morem non derelinquunt; nisi enim excaecaret eos malitia eorum, ac nisi diligerent magis tenebras, quam lucem, ignorare non deberent sententias illas, ac doctrinas, quas ipsi cum erroribus per Nos damnatis confundunt, palam, & libere in Catholicis Scholis, etiam post editam a Nobis memoratam Constitutionem, sub oculis nostris doceri, atque defendi; illasque propterea minime per eam fuisse (13)

(12) Ut de aliis taceam, neque enim instituti mei ratio patitur, ut de singulis dicam, vide S. Thomam Aquinatem *lib. IV. contra Gentes cap. LXXVI.* et *II. Part. II. Quaest. I. Art. X., et Quaest. X. de Potentia Art. IV. ad XIII.* Confer Guillelmum de Tocco in Vita ejusdem Angeliei Doctoris apud Bollandianos *Actor. SS. Martii Tom. I.*

num. 59., ubi narrat sanctissimum Doctorem jam jam moriturum scripta sua omnia reliquisse correctioni S. R. Ecclesiae, in cuius obedientia se ex hac vita transire professus est.

(13) Confer Innocentii XIII. Benedicti XIII., et Clementis XII. Litteras, quas proximis numeris subjicimus.

proscriptas . Verum supercecidit ignis contentionis ; et aemulationis ; et non viderunt Solem lucidissimae Veritatis . Hinc justo Dei (14) iudicio ambulantes in tenebris , nesciunt plane quo vadant : Scandalum siquidem de Constitutione Nostra comminiscuntur ; sed se ipsos potius de pervicaci sua inobedientia scandalum facere non agnoscunt . Sacrosanctam Episcopatus Dignitatem exaltare se velle declarant : sed re ipsa deprimunt , dum interim fraternitatem ipsi contemnunt , audacissimae inferioris Cleri rebellionem fomentum tribuunt , universumque Ecclesiasticum Ordinem Laicis Tribunalibus , vel in ipsa Religionis causa , indecore , ac perperam subijci non attendunt . De veteris , ac novae Legis discrimine , tanquam de re ipsis solis perspecta , multa , & plerumque inutiliter disputant , novaeque praestantiam , quam omnes agnoscunt , et profitentur , inculcare non desinunt ; Vtriusque tamen Legis plenitudinem , quae est dilectio , minimè observant . Charitatem nulli impensius laudant : nulli impudentius violant . Divinae Gratiae virtutem praedicant , quam Catholicus nullus negat : sed damnatis erroribus faventes Spiritui Gratiae contumeliam faciunt . Quod vero Nos de pusillorum scandalo sollicitos plurimum excruciat , illud est ,

(14) Egregium hunc Constitutionis istius locum affert Cl. P. Flaminus Annibaldi de Latera in Opere , cui titulus : *Veritas impressionis Sacrorum Stigmatum in corpore S. Francisci Assiensis in luce posita , et a Criticorum quorundam opinionibus vindicata* , quo in Opere cum alia maledica scripta confutanda sibi proposuit , tum Opusc. II. T. IX. Collectionis Pistoriensis eoque descripto p. 214. seq. subdit : „ Haec tanti Pontificis ver-

„ ba , de respuentibus Constitutionem ,

„ *Unigenitus* , prolata , etiam de Sa-

„ crorum Stigmatum S. Francisci , alia-

„ rumque piarum traditionum moder-

„ nis oppugnantibus dicta esse , ex eo

„ patet , quod isti in his oppugnandis

„ eodem agantur spiritu , quo in re-

„ spuenda Constitutione praedicta age-

„ bantur illi ; eademque hi excitent

„ scandala , quae inobedientia et su-

„ perbia sua disseminabant illi . Patet

„ etiam ex eo vel maxime , quod no-

„ stri reformatores ,

„ eandem Constitutionem superbi et

„ inobedientes , et ipsi despiciant , ac

„ proinde eodem malo spiritu acti , ab

„ eorum antesignanis accepto , etiam

„ pias institutiones abjiciant , praesertim

„ si a Regularibus eas invecas , aut

„ propugnatas esse perspiciant . Sed re-

„ cogitent ipsi interim , si adhuc eis est

„ intellectus , ultima nunc allata gra-

„ vissima Clementis XI. verba , et Fi-

„ deles , lupis agnitis ovina pelle con-

„ tectis , ab eis caveant , atque Eccle-

„ siae Matris iudicio firmiter adhae-

„ rentes ut filii , ejus devotè et humi-

„ liter pietatem sectentur , et fideliter

„ servent . „

quod dum plerique eorum haec faciunt ; vel consentiunt facientibus ; adhuc specioso quodam ementitae severitatis amictu se contingentes ; rigidioris doctrinae gloriam captare non cessant ; instituentaeque in melius Christianorum vitae , & ad normam Evangelii componendae zelum magnifice ostentant . Quare Nos perniciosam hanc larvam quae animabus pretiosissimo Christi sanguine redemptis certum parere posset exitium , palam detrahere , urgente Nos Apostolici Ministerii debito , volentes ; ipsos primum aberrantes Fratres , ut alias saepe privatim fecimus , publice modo , et coram Univerſa Ecclesia monitos facimus , ne sibi ulterius de falsa exactioris disciplinae fama blandiantur ; Neque enim vera virtus absque humilitate , pietas absque obedientia , Christiana demum perfectio absque charitate potest consistere . Porro quae humilitas ? sensum proprium communi Fratrum sententiae , quin et supremae Beati Petri Cathedrae iudicio obstinate praeferre ? Quae obedientia ? Apostolicis definitionibus reluctari ? Quae tandem charitas , injuriis , et contumeliis agere , iras , rixas , et contentiones ubique disseminare ? Agnoscant igitur , Divini luminis irradiante fulgore , quam gravibus coram Deo , et Ecclesia reatibus , et periculis involvantur . Meminerint scriptum esse , quod quasi peccatum ariolandi est , repugnare , et quasi scelus Idololatriae est , nolle acquiescere . Omnipotentis Dei , qui superbis resistit , tremendum , et imminens sibi iudicium timeant , Ecclesiaeque pacem simul , et Reipublicae tranquillitatem perturbare tandem aliquando desistant . Reliquos deinde Vos omnes per Universum Terrarum Orbem Apostolicae Fidei Cultores paterne admonemus , requirimus , et obtestamur , ut ad eos , qui veniunt ad Vos in vestimentis ovium , probe dignoscendos , certissimam illam , quam Dominus , ac Salvator Noster Nobis reliquit , Regulam adhibeatis , videlicet : A fructibus eorum cognoscetis eos . Qui autem fructus isti sint , ex eorum , qui Constitutioni Nostrae sese submittere renuerunt , contumacia provenientes toti jam pene Christiano Orbi nimium perspecti sunt , et manifesti ; De illis propterea , ne acerbissimi doloris nostri vulnera refricemus , prolixius eloqui libenter absistimus . Nolite ergo , Filii dilectissimi , Vosque potissimum , qui ut loco , ita et periculo propinquiores estis , nolite effici participes eorum , nolite omni spiritui credere , doctrinis variis , et peregrinis nolite abduci , sed sanam , et Orthodoxam Sanctae Romanae Ecclesiae Doctrinam , quae sa-

erum Fidei depositum intemerate servat, tuto sequimini, et firmiter custodite. Nos vero, quos coeteris zelo Domus Dei non minus, quam Dignitate, praeire oportet, ut ingruentium tot malorum gravitati, quantum rerum, et temporum praesens conditio patitur, opportune occurramus, praesertim ne Pastores errantes, et in errorem mittentes (15), disperdere, et dilacerare gregem Domini, nemine cohibente, prosequantur: Neve oves Christi, Nobis tacentibus, rapi in praecipitia se sinant, Universis Christifidelibus, quid interim gravissima haec in re Nos agere duxerimus, palam edicere, ac declarare statuimus. Noverint ergo omnes, qui ubicumque terrarum Catholico nomine gloriantur, Nos, qui Unigeniti Filii Dei, et Salvatoris Nostri Jesu Christi vices, nullo licet meritorum nostrorum suffragio, in terris gerimus; eos omnes, cujuscumque status, gradus, Ordinis, et conditionis illi sint, etiamsi Episcopali, Archiepiscopali, aut alia qualibet, etiam Cardinalatus, Dignitate praefulgeant, qui memoratae Constitutioni Nostrae debitam, et omnimodam obedientiam praestare hactenus recusarunt, aut in posterum recusare ausi fuerint, ut veros Sanctae Romanae Ecclesiae filios non agnoscere: neque ut Nobis, et B. Petri Cathedrae, quod falso autumant, adhaerentes, et consentientes, sed contra potius, uti aperte inobedientes, ac notorie contumaces, et refractarios habere, tenere, ac reputare; Et quoniam primo ipsi a Nobis, et S. R. E., si minus expressis (16) verbis, factis certe, pertinacisque, et obdu-

(15) Errant praefecto, et in errorem mittunt, P. M., et P. D. qui Animarum Rectoribus Catecheses proscriptas Colberti, Fleury, Gourlin &c. et Collectionem Opusculorum Pistoriensium legendas proponunt, veluti libros, ex quibus sana, et catholica doctrina hauriri queat. Vide epistolas praemissas libello cui titulus: *Catechismo per i Fanciulli, ad uso delle Citta' e Diocesi di Cortona, Chiusi, Pienza, Pistoja, Prato, e Colle. In Prato 1786. Per Vincenzo Vestri Stampator Vescompile con licenza de' Superiori.* et Tomo I. Collectionis Pistoriensis Opusculorum, non ad Religionem confirman-

dam tuendamque, ut mendax titulus praesefert, sed ad errores propagandos, et schisma inducendum vulgatorum.

(16) Novi Dogmatistae se a Romano Pontifice, et Sancta Romana Ecclesia non modo *factis pertinacisque et obduratae mentis multiplici significatione recessisse*, verum etiam *expressis verbis* declarant. Nam quorum tandem, nisi hominum a Romanis Pontificibus, atque a Sancta Romana Ecclesia prorsus abhorrentium haec sunt, quae in epistola Tomo I. Collectionis opusculorum Pistoriensium praefixa leguntur: „ Per questa Raccolta „ svelate saranno le ingiuste pretensio-

ratae mentis multiplici significatione recesserunt, illos similiter a Nobis, tamquam a Nostra, et ejusdem Sanctae Romanae Ecclesiae charitate prorsus segregatos haberi: nullamque proinde Nobis, et ipsi Sanctae Romanae Ecclesiae deinceps cum illis Communionem Ecclesiasticam exituram, donec (quod faxit Deus) integre resipiscant, rejectaque penitus audacia refragandi per exhibitionem verae obedientiae, quam complures eorum Romano Pontifici Beati Petri Successori, ac Jesu Christi Vicario in ipsamet solempni professione Catholicae Fidei, interposita juris jurandi Religione, ad Sancta Dei Evangelia saepius sponponderunt, pristinae charitati, et unitati ab eadem Apostolica Sede restitui mereantur. Ad Vos postremo, Venerabiles Fratres, Patriarchae, Primates, Archiepiscopi, coeterique omnes Ecclesiarum Praesules, gaudium nostrum, et corona nostra, Apostolicae dilectionis nostrae sermonem convertimus, hortantes Vos, et obsecrantes in Domino, ut pro eo, quo polletis, Pastoralis zelo, commissas Vobis Christi Oves a venenatis pascuis, idest profanarum Vocum, et Doctrinarum novitatibus sedulo arceatis, simulque paternam sollicitudinem nostram in revocandis ad saniora consilia quibuscumque dissidentibus efficacius adjuvetis,

„ ni della Babilonia, che tutta hanno
„ disturbata e confusa l' indole, e la
„ Gerarchia Ecclesiastica della Com-
„ munione de' Santi, della Sovranità
„ de' Monarchi. „ Et deinde: „ Quegli
„ che ha una incompetente, e strana
„ idea della Corte Romana (*Ecclesiam*
„ *Romanam haereticorum more Roma-*
„ *nam Aulam appellant*) di mala vo-
„ glia sentirà dirsi che il Papa è il Ca-
„ po Ministeriale della Chiesa, il pri-
„ mo tra i Vescovi, ch'è una chimera
„ la pretesa infallibilità di Lui. . . .
„ che nulla può sul temporale delle
„ Chiese. „ Et mox: „ Proteggete
„ adunque la nostra impresa, sicchè
„ il popolo non resti scandlezzato,
„ dalla potenza delle tenebre, che al-
„ zerà orrendamente la voce. „ Atro-
„ ciora ne his convicia impuro ore hae-
„ retici impudentiores in Romanos Ponti-
„ fices, et Apostolicam sedem evomunt &

Ceterum isti, qui Romani Pontificis *in-*
fallibilitatem tamquam chimaeram ex-
plodunt, in epistola eadem cum Epi-
scopos tum secundi ordinis Pastores
conjunctim vocant „ Vicarij di Gesù Cri-
„ sto, Dottori, e Maestri nella Chiesa
„ di Dio, Depositarij della Fede, e
„ Difensori della Morale, e della Di-
„ sciplina degl' antichi nostri Padri. . .
„ che riuniti in un sol Corpo *rappre-*
„ *sentano* la Chiesa assistita dello Spi-
„ rito Santo, e *sono* Giudici Infallibili
„ nelle cose della Fede, e ne' costu-
„ mi conducenti all' eterna salute. „
Nae turpissimam assentationem! Quis
enim, nisi turpissimus assentator Para-
chos et simplices Presbyteros Iesu Chri-
sti Vicarios, Depositarios doctrinae fi-
dei, et morum, et in Synodo infalli-
biles controversiarum de doctrina fidei,
et morum Iudices nuncupet?

ita ut Vobis indivulsam cum Sancta Romana Ecclesia in Doctrina Fidei unitatem, quod jam plerique Vestrum egregie praestitistis, firmissime profitentibus, Christiani omnes agnoscant Vos longe ab iis esse, qui elongaverunt se a Nobis, ac illorum damnabilem inobedientiam una Nobiscum aversari, et improbare, eosque, nisi resipuerint, a communis societatis charitate prorsus alienos habere. Utinam qui Paternis hactenus humilitatis nostrae vocibus reluctati sunt, vobis omnibus non modo arguentibus, obsecrantibus, et increpantibus, sed et ab eorum consortio penitus abstinentibus, erubescant, confundantur, et convertantur, detque illis Deus poenitentiam ad cognoscendam veritatem, ut secundum Apostolicam Doctrinam, id ipsum tandem dicamus omnes, et non sint in Nobis schismata: simus autem perfecti in eodem sensu, et in eadem sententia, auxiliante Nobis per omnia gratia Domini Nostri Jesu Christi, cui est honor, et gloria in saecula, Amen. Ut autem praesentes litterae ad omnium Fidelium quibuscumque locis existentium notitiam facilius perveniant, volumus earum exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, ac sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eandem prorsus fidem haberi, quae ipsis originalibus litteris haberetur, si forent exhibitae, vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae admonitionis, edicti, declarationis, hortationis, obsecrationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare praesumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo decimo octavo, quinto kalendas Septembris, Pontificatus Nostri anno XVIII.

I. Card. Pro-Datarius. F. Card. Oliverius.

Visa de Curia L. Sergardus Pro-Abbreviator.

Loco ꝑ plumbi

L. Martinettus.

Registrata in Secretaria Brevium.

Anno a Nativitate Domini N. Jesu Christi millesimo septingentesimo decimo octavo, Indictione undecima, die vero 8. mensis Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, et D. N. D. Clementis Divinae providentia Papae XI. anno ejus XVIII. supradictae Litterae affixae

et publicatae fuerunt ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, Magnae Curiae Innocentianae, in Acie Campi Florae, ac aliis locis solitis, et consuetis Urbis per me Antonium Placentinum Apostolicum Cursorem. Ludovicus Cappellus Mag. Curs.



II.

SS. D. N. D. INNOCENTII
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII.

Litterae (1) ad Christianissimum Galliarum Regem LUDOVICUM XV. quibus eum hortatur, ut junctis secum studiis illos, qui Clementis XI. Const. *Unigenitus* adversabantur, suae Potestatis brachio compescat.

Charissimo in Christo Filio Nostro Ludovico Francorum Regi Christianissimo

INNOCENTIUS PP. XIII.

Charissime in Christo Fili Noster salutem, et Apostolicam benedictionem. Deus totius consolationis, qui nunquam obliviscitur misereri, sicut Ecclesiis florentissimi Regni tui diuturno dissidio laborantibus firmum locavit in tua pietate praesidium; ita Nobis de omnium Salute sollicitis, ac de Dominici gregis discrimine contristatis opportunum paravit in eadem tua virtute solatium. Propterea cum primum eo vocante ad custodiendas vigilias super Gregem suum in hanc celsam Aposto-

(1) Harum Innoc. Litterarum meminit Ottierus *Tom. cit. p. 315.*, et Academia Cadomensis in Decreto suo edito die 4 Julii 1726. „ pour la retractation de „ l'appel interjetée sous son Nom le „ 19. Novembre 1718. de la Constitution *Unigenitus* au futur Concile General, et pour l'acceptation de la dite Constitution a Caen in 4. pag. 11. e 12. „ in quo Decreto insignem

ex ipsis locum affert, et in „ Remon- „ strance présentée a Son Altesse Mon- „ seigneur de Lorraine Eveque de Ba- „ yeux au sujet d'une Instruction Pa- „ storale imprimée sous le Nom de Son „ Altesse &c. A Caen 1727. in 4. pag. 6. „ Nunc vero primum integrae in lucem prodeunt ex Vol. MSS. quod litteras omnes in forma Brevis ad Principes datas anni I. Pontificatus Innoc. XIII. complectitur.

licae sedis speculam plane immerentes , pavidique (2) conscendimus ,
maximas Illi gratias egimus , quod in Regni tui auspiciatissima primor-
dia inciderint , Ministerii Nostri , et Apostolicae servitutis initia . Ni-
hil est enim vel ad restituendam , ac fovendam Ecclesiarum , rei que
publicae tranquillitatem , vel ad Beati Petri auctoritatem tuendam , vel
ad revocandos in viam pacis errantes , quod non possimus Nobis a fi-
lii tua erga hanc Sanctam Sedem observantia polliceri . Praesertim cum
ad Regiam Indolem tuam pia , et praeclara institutio , ac Dilectissimi
in Christo Filii Nostri Philippi Aurelianensium Ducis Galliarum Recto-
ris sapientia singularis , et eximium Catholicae Religionis studium ac-
cesserit . Quae sane Divino Consilio adversis hisce , ac turbulentis tem-
poribus reservata existimamus , ut Nos quidem ad agendam Dei Cau-
sam alacrius , ac fidentius aggredieremur ; Tu vero fili charissime ad
Divinam opem incolumitati , ac Regimini tuo promerendam Christo , et
Ecclesiae foederatas Regni primitias consecrasses . Non est autem quod
Tibi ob oculos ponamus , nota sunt enim Majestati Tuae mala omnia ,
quae in Gallias tuas invexit famosus Liber ille Gallice impressus super-
seminatis in Agro Domini Zizaniis , jam satis cognitus , et pervulgatus ,
qui ementita subdolaque pietatis specie prava Dogmata obtrudens fune-
stos istic animorum motus , ac turbas excivit . Neque praeterea obscu-
rum tibi esse potest quam sollicitè , enixeque inclytæ Memoriae Ludo-
vicus XIV. dum viveret Francorum Rex Christianissimus Proavus Tu-
us , nec non plerique insignes ejusdem Regni Antistites curaverint , et
obsecraverint , ut per Apostolica Rescripta causa simul , atque error , con-
tentioque finiretur ; tum etiam quot labores , curas , et vigilias contule-
rit fel. rec. Clemens PP. XI. Antecessor Noster , ut per Constitutio-
nem , quae incipit , Unigenitus Dei Filius , discordias sedaret , et Ca-
tholicam Doctrinam adversus errores aut pridem damnatos , aut noviter
adinventos assereret , ac muniret . Et quidem Rex optimus voti sui
compos fuisset , et Gallia omnis parta concordia frueretur , nisi ad sa-
luberrimam , ac Sanctissimam Constitutionem debita submissione susci-
piendam pauci quidam ex Gallicanis Episcopis haesitassent . Sed im-
provida eorum cunctatione factum est , ut nonnulli dissidentiae Filii ad-
versus Christum ejus malignantes consilium apertissimam ejus Consti-

(2) Anno 1721. VIII. Idus Majas. Roman. P. II. edit. Patav. 1775. p. 706.
Vide Antonium Sandinium *Vit. Pontif.*

tutionis Sententiam ad alienos sensus torqueré, rejectos errores cum sana Doctrina confundere, eorumque censuras audacissime calumniari non dubitarint. Quorum tamen perversa judicia, et mendacia, ut refellendo anteverteret vigilantissimus Pontifex discrete in eadem Constitutione (3) praefatus erat, cavendos Lupos ovina pelle contactos, et venena melle respersa, atque instructas sacrorum etiam verborum abusu praestigias esse vitandas; nimirum ut omnes intelligerent, non laudabiles Patrum Sententias, aut innoxias sive circa Dogmata, sive circa mores, ac disciplinam versentur, Catholicarum Scholarum opiniones, sed perniciosissimos errores adscitis illis coloribus illitos esse proscriptos. Merito proinde Calumniantium temeritatem detestatus (4) postquam eorum Saluti omnibus Paternae Charitatis, et auctoritatis argumentis consulere conatus (5) esset, obturantibus illis aures suas, opportuna ingravescenti morbo remedia parare, et animadversiones intentare, necessario, et aequissimo judicio, pro rerum, ac temporum conditione non praetermisit. Ac licet ad unitatem resarciendam multa istuc agitari consilia inaudiret, sapienter tamen affirmabat, atque identidem admonebat, non aliam esse verae unitatis vel integrandae, vel retinendae viam praeter Apostolicae Constitutionis obedientiam non ambiguam, et fucatam, ac novitate suspectam; sed apertam, sinceram, ac pro veteri fidelium more demissam, qualem universa Christi Ecclesia Petro per Clementem loquenti praestiterat. Ac Salutaria certe laudati Pontificis monita rerum etiam eventus comprobavit. Nam illi ipsi, qui novam deferendae, aut potius praetendendae obedientiae semitam ineuntes, satis muneri suo fecisse sibi videbantur, nunquam adduci poterunt, ut quemadmodum res postulabat et fidelium scandala removerent, et violatam, quam Apostolicae Sedi debebant, obedientiam, ac reverentiam repararent. Ille vero dum minus audientes ad officium vehementius excitare, et adducere pararet humanis rebus exemptus atque ad laborum ac virtutum praemia, justitiaeque coronam evocatus, hanc partem Nobis, qui Divino judicio in ejus locum, stationemque, licet impares, successimus, pro gravissimo Apostolatus munere conficien-

(3) In exordio ejusdem Constitutionis *Bullar. Roman. edit. cit. Tom. XI. Part. I. pag. 349. seq.*

(4) *Litteris Pastoralis Officii num. praeced.*

(5) Vide *Met. 8. ad cit. Clementis XI. litteras.*

dam reliquit; cui certe sine ingenti Divinae Glorïae, Christiani Populi, nostraeque salutis periculo deesse non possumus. Haec autem quamquam Majestati Tuae apprime cognita, et explorata sunt, ordine tamen commemoranda putavimus, ut post diuturnos Antecessoris Nostri labores, post tentata Paternae longanimitatis experimenta, post adhibita in omni patientia, et doctrina, arguendi, obsecrandi, et increpandi remedia nihil jam superesse perspicias, nisi ut ejusdem vestigiis inhaerentes, quo nihil sane potius, et antiquius habere debemus, Ministerium Nostrum impleamus in hac gravissimi momenti causa, in qua Catholicae Fidei Ecclesiaeque Unitas in discrimen adducitur, et secundum potestatem, quam a Domino in Ecclesiae aedificationem accepimus, animarum periculis occurramus, ne diuturniori silentio nostro multiplicetur in eis ruina, et arrogantia eorum, qui oderunt pacem, ad nova simplicium scandala impunitate invalescat. Quo quidem metu solliciti jam operi manum admovere, et inde rei bene gerendae initium ducere statueramus, ut Regiae Potestatis tuae subsidium implorarem, atque ad Patrocinium Ecclesiae Matri debitum, et Christianae Plebi salutare, Regem Christianissimum avitae Religionis, ac virtutis haeredem advocarem. Sed interea dum Paternas ad Majestatem Tuam Litteras (6), et obtestationes destinarem, dum simul etiam felicem exitum praestolarem earum rerum, de quibus jam tum ab exordio nostri Muneris egeramus cum Dilecto Filio Nostro Armando S. R. E. Cardinali de Rohano tunc Romae commorante, cujus fidem, candorem, ac prudentiam cum sacra eruditione conjunctam plurimum in Domino commendavimus; dum eo scilicet consilio, eaque expectatione tribulationem nostram, ac sollicitudinis modestiam sustentarem, super dolorem vulnere nostrorum addiderunt operarii iniquitatis, quorum audaciam et insolentiam ultra omnem modum erupisse comprehendimus. Enim vero non sine gravi animi horrore delatae sunt in manus nostras Gallicanorum quorundam Episcoporum Schismatica prorsus Litterae in Felle amaritudinis, subscriptis etiam auctorum nominibus exaratae; in quibus Antecessoris Nostri Fama, et memoria Sempiternis Laudibus digna, proscinditur, Apostolica Constitutio calumniose traducitur, utraque Potestas impudenter contemnitur, atque haeretico

(6) Litterarum istarum exemplum, sam causam pertinent, a nobis publicabuntur, si opus erit.

Spiritu Divina omnia, et humana miscentur. Quarum pestifera labes ut latius diffunderetur, typis excusas in vulgus etiam spargere ausi sunt, ac ne quid ad execrandae temeritatis argumentum, et cumulum deesset, auctoritatem nostram in partem, ac praesidium suae perver- sitatis vocare non erubuerunt; quasi integrum esset Apostolicam refor- mare doctrinam et Fidem, quam tota Christi Ecclesia Petri praeconio edocta, firmissime profitetur. Meritis proinde censuris notatas rejeci- mus, proscriptimus, ac (7) damnavimus. Vides igitur Fili Charissi-

(7) Decreto Sacrae Romanae In-
quisitionis, quod subjicimus. ,, Feria
,, v. Die viij. Januarij 1722. In Congre-
,, gatione Generali S. Romanae, et Vni-
,, versalis Inquisitionis, habita in Pala-
,, tio Apostolico coram Sanctissimo Do-
,, mino Nostro INNOCENTIO Divina
,, Providentia Papa XIII., ac Eminen-
,, tissimis, et Reverendissimis DD. S.
,, R. E. Cardinalibus in tota Republi-
,, ca Christiana contra haereticam pra-
,, vitatem Generalibus Inquisitoribus a
,, S. Sede Apostolica specialiter depu-
,, tatis.

,, Sanctissimus Dominus Noster
,, INNOCENTIUS PAPA XIII., cum
,, Divinitus sibi commissae omnium Ec-
,, clesiarum sollicitudinis ratio postulet,
,, ut à noxijs Pascuis Oves Curae suae
,, crediras auertat, et ad salutaria sem-
,, per dirigat, non sinè maximo pater-
,, ni Animi sui maerore accepit, non-
,, nulla folia Typis impressa, Latino,
,, et Gallico Idiomate edita esse cum
,, graui Animarum periculo, et Bono-
,, rum offensione, quibus Latine Titu-
,, lus est—*Epistola Illustrissimorum, ac*
,, *Reuerendissimorum Ecclesiae Princi-*
,, *pum, Francisci Caillebot de la Salle,*
,, *olim Episcopi Tornacensis, Ioannis*
,, *Baptistae de Verthamont Episcopi A-*
,, *pamiensis, Ioannis Soanen. Episcopi*
,, *Senecensis, Caroli Ioachim Colbert*
,, *de Croisy Episcopi Montis-pessula-*

,, *ni, Petri de Langle Episcopi Bolo-*
,, *niensis, Caroli de Caylus Episcopi*
,, *Antissiodorensis, et Michaelis Cassa-*
,, *gnet de Tilladet Episcopi Matisco-*
,, *nensis, ad Sanctissimum Dominum*
,, *Nostrum INNOCENTIUM PAPAM*
,, *XIII. occasione Constitutionis VNI-*
,, *GENITVS datae Romae anno Domi-*
,, *ni millesimo septingentesimo decimo*
,, *tertio, sexto Idus Septembris—1721.—*
,, *sinè loco impressionis, et nomine*
,, *Impressoris.*

,, Idcirco, habitis prius plurium
,, insignium in S. Theologia Magistro-
,, rum, et Professorum, nec non memo-
,, ratae Congregationis Sacrae Romanae,
,, et Universalis Inquisitionis Qualifica-
,, torum, quos ad id specialiter depu-
,, tavit, Consultationibus, ac subindè
,, auditis votis dictorum Eminentissi-
,, morum, et Reverendissimorum DD.
,, S. R. E. Cardinalium in tota Repu-
,, blica Christiana Generalium Inquisi-
,, torum prohibendam, atque damnan-
,, dam censuit, proù praesenti Decreto
,, Auctoritate Apostolica omninò pro-
,, hibet, et damnat praefatam Episto-
,, lam, uti continentem Propositiones
,, quamplurimas Catholicis Episcopis,
,, ac precipuè Gallicanis, felic. rec.
,, Clementi XI., Sanctitati Suae, et S.
,, Sedi Apostolicae iniuriosas, et uti
,, secundum se totam Schismaticam, &
,, Spiritu haeretico plenam.

ne quorsum evaserit canonicae animadversionis tamdiu dilata districtio, et Ecclesiasticae pacis toties Apostolicae Sedi promissa, imo etiam saepe ostentata tranquillitas. Simul etiam intelligis, Pastoribus hujusmodi Oves Christi perdendas potius, quam pascendas ulterius permitti non posse. Neque vero sola Pastoralis nobis imposita necessitas urget, ut disrupta consolidemus, ac depravata convertamus, sed Paternus etiam erga Regni Tui Salutem, et securitatem amor impellit. Veremur enim ne cujus Religio dissipatur, indignatio provocetur, ac ne scandala, quae Ecclesiam perturbant, Divinae iracundiae Flagella in tuum Populum congregent. Majestati autem tuae inquietorum hominum correctio, et emendatio eo etiam magis optanda, et per legitimos Sacrorum Canonum tramites adjuvanda est, quod turbulenta consilia sua satis prodant, dum factiosorum numerum exaggerant, et jactant. Intelligebat profecto Cla. Me. Ludovicus XIV. Proavus tuus, quam infensi essent publicae Pacis hostes, qui Apostolicae auctoritatis jugum excussissent, cum supremis votis morte imminente Regnum tibi traditurus, unitatem tuendam, et abolenda Religionis dissidia commendavit. Quod igitur Patrocinium Dei causa, et Ecclesiae jura deposcunt, quod Regni tui non contemnenda pericula flagitant, quod Majorum tuorum pia Exempla requirunt, hoc a Te Paternis vocibus postulamus. Praeliare Fili Charissime, junctis nobiscum Studiis Praelia Domini, et eos qui multiplici pertinaciae significatione elongaverunt se a nobis, tuae etiam Potestatis Brachio compelle intrare, ne aut ipsi extra Arcam pereant,

„ Hanc itaque Epistolam sic prohibitam, et damnatam, Sanctitas Sua vetat, ne quis, cuuscumque sit status, et conditionis vilo modo, et sub quocumque praetextu iterum imprimere, vel imprimi facere, neque iam quocumque loco, et quocumque idiomate impressam apud se retinere, aut legere audeat, sed eam Ordinarijs locorum, aut haereticarum pravitatis Inquisitoribus statim, et cum effectu tradere, et consignare teneatur sub poena Excommunicationis per contrafacientes ipso facto absque

„ alia declaratione incurrendae, aliisque poenis arbitrio Sanctitatis Suae infligendis.

„ Antonius Lancionus S. Romanae, et Universalis Inquisitionis Notarius.

„ Loco ✕ sigilli.

„ Die 24. Martij 1722. supradictum Decretum affixum, et publicatum fuit ad Valvas Basilicae Principis Apostolorum, Palatij S. Officij, in Aede Campi Florae, ac alijs locis solitis, et consuetis Urbis per me Petrum Romolatum Sanctissimae Inquisitionis Cursorem.

regnante Diluvio , aut alios inobedientiae, et erroris contagione cor-
rumpant. Regni felicitatem ab hoc Triumpho Sacrosanctae Religionis, et
Christianae pacis auspicare. Christi cultu creverunt Francorum opes,
et vires sibi faedere sociatas provexit Deus. Tibi quoque hoc faedere
firmandae sunt, ut sit Dominus Exercituunn protector tuus. Induere
igitur fortitudine tua ad dissipandas gentes, quae bella volunt, et ad
humiliandos Calumniatores, qui vias Domini rectas subvertunt. Audi,
Fili Charissime, disciplinam Patris tui, et ne dimittas Legem Matris
tuae, ut addatur gratia Capiti tuo, et accipias Regnum Decoris, et
Diadema speciei de manu Domini. Haec autem ab eo, per quem Re-
ges regnant, Tibi ex animo precantes, dum fructus tua Sapientia di-
gnos ad laetitiam et coronam nostrae Senectutis (8) expectamus, Maje-

(8) Quam cumulate Innoc. XIII.
expectationi, votisque Rex Christianis-
simus pro singulari sua pietate, atque
in Apostolicam Sedem observantia, re-
sponderit, perspicitur ex ejusdem De-
creto, quod hic adducimus, Arrest
Du Conseil d'Etat du Roy contre
l'Ecrit imprimé en Latin et en Fran-
cois, qui a pour titre *Lettre a N.
S. P. le Pape Innocent. XIII. au Su-
jet de la Bulle Unigenitus*, Signée
par Sept Evêques, et datée du 9.
Juin 1721 Du 19. Avril 1722. Extrait
des registres du Conseil d'Etat.

Le Roy S' etant fait représenter
en Son Conseil un Ecrit rependu dans
le Public, et qui a été imprimé en
Latin, et en Francois sous le titre
de *Lettre a N. S. P. Le Pape Inno-
cent XIII. au Sujet de la Bulle Uni-
genitus*, datée à la fin du 9. Juin
1721. et Signée en ces termes: Fran-
cois Amien Eveque de Tournay, Je-
an Baptiste Ev. de Pamiers, Jean
Ev. de Senes, Charles Joachin Ev.
de Montpellier, Pierre Ev. de Bou-
logne, Charles Ev. d'Auxerre, Mi-
chel Ev. de Mâcon.

„ Sa Majesté auroit reconnu après
„ l'Examen qui en a été fait par son
„ ordre; que cette Lettre est egale-
„ ment injurieuse au Sacerdoce, et à
„ l'Empire; que la Memoire d'un Pape
„ aussi recommandable par la Sainteté
„ de sa vie, et par ses qualités perso-
„ nelles, que par sa dignité, y est ca-
„ lomnieusement outragée; Que s'il
„ sy trouve quelques expressions re-
„ spectueuses a l'égard du Souverain
„ Pontife qui est assis aujourd'hui sur
„ la Chaire de S. Pierre, on ne s'en
„ sert, que pour demander la revoca-
„ tion d'un Decret qui est generale-
„ ment receu dans l'Eglise, & que Sa
„ Majesté a ordonné estre inviolable-
„ ment observé dans Son Royaume; que
„ ce même Decret-y'est traité d'obrep-
„ tice, et de subreptice, et qu'on
„ l'y depeint comme une Loy pleine
„ d'erreurs, et d'iniquité, et telle,
„ que Rome payenne n'auroit pu la
„ souffrir.

„ Que Lon trouve dans cette Let-
„ tre plusieurs traits injurieux a tout
„ l'Ordre des Eveques, et nommement
„ a ceux de l'Eglise de France. Que

stati Tuæ Apostolicam Benedictionem amantissime impertimur . Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die XXIV. Martij MDCCXXII.

„ les explications de la Bulle *Unigeni-*
„ *tus* qui ont été unanimement approu-
„ veés par tous les Cardinaux, tous
„ les Archeveques, et presque tous les
„ Evêques du Royaume, aux quels s'e-
„ toient unis plusieurs de ceux la mé-
„ me dont on voit le Nom a la fin de
„ la sousdite Lettre, y sont neantmoins
„ attaquées comme peu correctes, et
„ peu Orthodoxes ; Et qu'on ose les
„ opposer a la Constitution, comme si
„ elles renfermoient un sens contraire
„ a celui de la Bulle.

„ Que lon cherche a justifier le Li-
„ vre des *reflexions Morales* dans le
„ tems, qu'il est solennellement pro-
„ scrit par les deux Puissances, et con-
„ damné en particulier par presque
„ tous ceux, dont la Souscription se lit
„ au bas de cette Lettre.

„ Que l'on y decrie comme un en-
„ chainement des demarches frauduleu-
„ ses, et d'actes trompeurs, faute et
„ tendants au renversement de la reli-
„ gion, tout ce qui-s'est fait par les
„ ordres de Sa Majesté, de l'avis de
„ M. le Duc d'Orleans Regent du Ro-
„ yaume pour parvenir à la paix de l'E-
„ glise.

„ Qu'au mepris formel, et par une
„ contravention manifeste aux Declara-
„ tions de 1714. et 1720. l'on s'efforce
„ de soulever les esprits, tant contre
„ la Constitution, que contre les Ex-
„ plications. Et d'exciter les Sujets de
„ Sa Majesté a de nouveaux appels,
„ principalement en comblant de Lo-
„ uanges ceux, qui osent encore en in-
„ terjetter et en les regardant comme
„ des genereux deffenseurs de la foy, et
„ de la verité ; Et ce qui met le Com-

„ ble a tous ces excès, qu'on applique
„ a la Situation presente de l'Eglise de
„ France, ce qui a été dit autrefois de
„ ces tems malheureux ou l'Eglise d'O-
„ rient gémissoit sous la persecution
„ des Princes, et des Eveques, ou A-
„ riens ou fauteurs de l'Arianisme.

„ Sa Majesté auroit de plus été in-
„ formée, que cette même Lettre,
„ qui est écrite au Pape en commun
„ sous le nom de Sept Evêques, sans
„ la permission et contre les intentions
„ de Sa Majesté a été rendue a Sa
„ Sainteté par le moyen d'une intrigue
„ pratiquée dans une Cour étrangère,
„ ce qui est directement contraire aux
„ maximes inviolablement observées
„ dans le Royaume ; A' quoi étant né-
„ cessaire de pourvoir. Ouy le rapport.
„ Sa Majesté étant en Son Conseil, de
„ l'avis de M. le Duc d'Orleans Re-
„ gent, a déclaré, et declare la dite
„ Lettre temeraire, calomnieuse, in-
„ jurieuse a la memoire du feu Pape,
„ au Saint Siege, aux Eveques, et à
„ l'Eglise de France, contraire a l'af-
„ fermissement de la paix de l'Eglise,
„ et aux Declarations de 1714. et 1720.,
„ registrées en toutes les Cours Supe-
„ rieures du Royaume, attentatoire à
„ l'autorité Royale, seditieuse, et ten-
„ dante a la revolte ; Et en consequen-
„ ce a ordonné et ordonne, que la di-
„ te Lettre, et tous les Exemplaires
„ d'icelle seront, et demeureront sup-
„ primés. Fait Sa Majesté expresses
„ inhibitions et deffences a toutes per-
„ sonnes de quelque Etat, qualité, et
„ conditions, qu'Elles soyent, de gar-
„ der, publier, ou distribuer la dite
„ Lettre a peine d'être traités, et pu-

III.

SS. D. N. D. BENEDICTI
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XIII.

Litterae in forma Brevis ad universos Fratres Ordinis Praedicatorum
Professores, Adversus (1) calumnias Doctrinae SS. Augustini,
et Thomae intentatas.

Dilectis Filiis Universis Fratribus Ordinis Praedicatorum Professoribus.

BENEDICTUS PP. XIII.

Dilecti Filii salutem, et Apostolicam Benedictionem.

Demissas preces, et acquissimas conquestiones vestras, quas Dilectus
Filius Augustinus Pipia totius Ordinis Magister Generalis, Religiosae
vitae exemplis, ac doctrina, prudentiaque (2) commendatissimus, supplici

nis comme Seditieux, et perturba-
teurs du repos public. Fait pareille-
ment defense aux Imprimeurs, et
aux Libraites, d'imprimer, vendre,
et debiter la dite Lettre a peine de
punition corporelles.

Ordonne en outre Sa Majesté,
qu' il sera procedé extraordinairement
suivant les Constitutions canoniques,
et les Loix du Royaume, tant con-
tre ceux, qui ont composé, souscrit,
et signé, que contre ceux qui ont
imprimé, debité, ou distribué la di-
te Lettre, ou qui pourroient l'im-
primer, ou la distribuer à l' avenir.
Fait au Conseil d'Etat du Roy, Sa
Majesté y etant, tenu a Paris le 19.
Avril 1722. = Signé =

= Phelipeaux =

Ex his autem aliisque monumentis
Pontificatus Innocentii XIII. perspicue
refellitur impudentissima calumnia in
sanctissimum illum Pontificem vulgata
in foliis inscriptis: *Nouvelles Ecclesia-*

stiques, ou memoires pour servir all' hi-
stoire de la Constitution Unigenitus pour
l'annee 1766. pag. 134. seq.

(1) Ita in exemplis istarum Litte-
rarum typis Rev. Camerae Apostolicae
1724. impressis, et in Bullario Ord.
Praed. Tom. VI. pag. 545. seq. In Bul-
lario autem Romano edit. cit. Tom. XII.
pag. 361. seq. Vindicatur a calumniis
doctrina SS. Augustini, et Thomae,
eaque miris laudibus effertur.

(2) Ab hoc Pontifice die 20. De-
cembris an. 1724. in S. R. E. Cardina-
lium Collegium cooptatus, et Auxima-
nae Ecclesiae praefectus, de quo legen-
di Marius Guarnaccius in opere inscrip-
to: *Vitae et res gestae Pontificum Ro-
manorum, et S. R. E. Cardinalium a
Clemente X. usque ad Clementem XII.
Romae 1751. Tom. II. col. 449. seqq.*
et Bremandius in Appendice ad Constit.
Benedicti XIII. Bullarii Ord. Praed.
Tom. cit. pag. 702. seqq.

libello ad Nos detulit, ea benignitate complexi sumus, quam, et vestra in Catholicam Religionem amplissima merita, et nostra, quam dudum professi sumus erga Ordinem Praedicatorum observantia filialis, nostraeque demum humilitati impositum paternae caritatis, et sollicitudinis officium postulabant. Quod igitur aegre admodum, ut par est, molesteque feratis, erroribus a fel. record. Clemente Papa XI. Praedecessore nostro per Constitutionem, quae incipit: *Unigenitus Dei Filius*, saluberrimo, et sapientissimo iudicio rejectis, damnatisque Augustinianae Doctrinae nomen obtendi, indeque audere nonnullos Apostolicae auctoritati, ac vestrae existimationi detrahere, quod ipsa vestrarum sententiarum capita ejus Constitutionis censuris, notisque inusta esse calumniantur, justam quidem animorum vestrorum ostensionem laudamus; qua nimirum Vos germanos Sancti Thomae discipulos maxime probastis. Magisterio enim tanti Doctoris imbutos nihil decet magis, quam ut in addictissima huic Sanctae Sedi Fide, obedientiaque praecipuum Studiorum suorum fructum, et laudem collocent, et absonas, refragantesque Apostolicis decretis opiniones, non aversentur modo, sed per arma etiam lucis, et veritatis dissipent, et evertant. Tantum tamen abest, ut vicem vestram doleamus, ut vobis potius gratulemur, quod hac etiam in parte causa vestra ab hujus Sanctae Sedis rationibus sejuncta esse non potuerit; quodque alienae prorsus calumniosaeque interpretationes ad conflandam memoratae Constitutioni invidiam temere excogitatae ad injuriam quoque vestri nominis redundarint. Caeterum non adeo Vobis erat aut dolendum, aut mirandum, quod cum ipsis Divinorum librorum oraculis, et Apostolicis definitionibus pro impotenti, obfirmatoque partium studio passim vis afferatur, haec eadem contentio, pervicaciaeque licentia Angelicam Doctrinam attentare non dubitaverit. Illud potius jure mirandum, quod tam praepostero consilio in hac causa locus esse potuerit ubi Sancti Thomae exploratissimis sententiis damnati errores disertissime (3) confutantur. Quadoquidem omnipotentis Dei providentia factum est (a), ut Angelici Doctoris vi, ac veritate Doctrinae, non solum innumerae, quae vel ipsius aetate, vel antea grassatae sunt, sed multae etiam quae deinceps exor-

(3) Vide Van Ranst in opere, cui titulus, *Veritas in medio* edit. cit. pag. 224. seqq.

(a) Pius V. in Bulla *Mitrabilis Deus*

tae sunt haereses, confusae, et convictae dissiparentur. Magno igitur animo contemnite, Dilecti Filii, calumnias intentas sententiis vestris, de Gratia praesertim per se, ab intrinseco efficaci, ac de gratuita Praedestinatione ad gloriam sine ulla praevisione meritorum, quas laudabiliter hactenus docuistis, et quas ab ipsis SS. Doctoribus Augustino, et Thoma se hausisse, et verbo Dei, Summorumque Pontificum, et Conciliorum decretis, et Patrum dictis consonas esse Schola vestra commendabili studio gloriatur. Cum igitur bonis, et rectis corde satis constet, ipsique calumniatores; nisi dolum loqui velint, satis perspiciant, SS. Augustini, et Thomae (b) inconcussa tutissimaque (4) dogmata nullis prorsus antedictae Constitutionis censuris esse perstricta; ne quis in posterum eo nomine calumnias struere, et dissensiones serere audeat sub canonicis poenis districte inhibemus. Pergite porro Doctoris vestri opera Sole clariora sine ullo prorsus errore (c) conscripta, quibus Ecclesiam Christi mira eruditione clarificavit (d) inoffenso pede decurrere, ac per certissimam illam (e) Christianae Doctrinae regulam Sacrosanctae Religionis veritatem, incorruptaeque disciplinae sanctitatem tueri, ac vindicare. Haec sunt enim, Dilecti Filii, quae Praedecessores nostri (5) de Sancti Thomae Doctrina senserunt, et praedicarunt; quaeque

(4) Igitur novi Dogmatistae non inconcussa tutissimaque Dogmata SS. Aug. et Thomae de gratia praesertim per se, et ab intrinseco efficaci, ac de gratuita praedestinatione ad gloriam, sed damnatos Lutheri, Calvini, Baji, et Iansenii errores tuentur. Nam si illa defenderent, Constitutioni Unigenitus, quam illis non adversari tot Romanorum Pontificum declarationibus constat, debitam obedientiam praestarent: nec illud jactarent, quod legitur in Epistola P. 12. Januarii anni hujus ipsius data pag. 2. „ Le più preziose verità, che formano l'anima, e lo spirito del Cristianesimo, sono nel seno stesso della Chiesa combattute, e racciate pubblicamente di errori, e quei, che fanno loro maggior grazia, si stringono a riguardarle con indifferen-

„ zà, o come punti di nessuna importanza, facendo andar del pari la verità colla menzogna, la pietà colla superstizione, la Religione coll' Incredulità, Gesù Cristo con Belial. „

(b) Alexander VII. in Brevi incipiente Litteras 1661.

(c) Clemens VIII. in Brevi incipiente Dilecti Filii. 1603.

(d) In Collecta Fest.

(e) Pius V. in Bulla, ut supra.

(5) Romanorum Pontificum testimonia, in quibus S. Thomae doctrina summis laudibus celebratur, affert Bremondus in Tractatu De Consensu Bullarum Tit. VI. quaest. 11. Tom. VIII. Bull. Ord. Praed. pag. 279. seqq. Confer Natalem Alexandrum in Panegyrico Ingelico D. S. Thomae Aquinatis dicto, Cl. Machium, De Animabus Iustorum in si-

nos non modo ad curarum vestrarum lenimentum, sed ad animi quoque nostri solatium libentissime usurpamus, et praeconio Apostolicae vocis efferimus. Inclytus enim Ordo iste, cui nomen dedimus, et quem expresse, Domino miserante, professi sumus, eodem Angelicae Doctrinae lacte nos aluit, ac licet impari institutionis fructu, ad gerendam Ecclesiarum sollicitudinem eduxit; ut privato etiam diuturnoque colendarum artium experimento ediscere potuerimus, quod ex Apostolatus specula per hasce litteras annunciamus. Deum interea, qui pacem, et veritatem diligendam praecipit, supplices rogate, ut sincero Angelici Doctoris studio omnes in simplicitate cordis nitantur, quae ille docuit, intellectu conspiciere, atque in unitate spiritus, et caritate fraternitatis, quae ille egit, imitatione (6) complere. Ac Vobis, Dilecti Filii, Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub annulo Piscatoris die VI. Novembris MDCCXXIV. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Carolus Archiepiscopus Emissenus.

nu Abrahac ante Christi mortem exper-
zibus beatae Visionis Dei Tom. II. pag.
696. seqq. in adnotationibus; alios. Ne-
que vero minus honorifice de S. Thomae
doctrina loquutus est S. D. N. Pius VI.,
numquam a nobis propter immortalia in
Collegium hoc, ejusque Alumnos bene-
ficia sine debita grati animi testificati-
one nominandus; quinimo in Allocutione
habita in Comitibus Generalibus Fratrum
Ord. Praed. in Conventu S. M. supra
Minervam celebratis in pervigilio Pen-
tecostes XVI. Kal. Junii 1777. illam tam
magnifice commendavit, ut elegantia, et
ubertate orationis, et magnitudine Laudis
superiorum Pontificum elogia, etsi pla-
ne egregia, superasse videatur. Sic enim
habet pag. VIII. seq. „ Inter multipli-
„ ces scholas Thomas Aquinas, sol Doc-
„ trinae, et Theologorum Antesignanus
„ jure fuit appellatus, cum nihil, nisi
„ e sacrarum Litterarum, Patrumque

„ consensu asserat, ac quidquid scripsit,
„ meruerit (ut pie fertur) Divina voce
„ confirmari: proindeque Praedecesso-
„ res Nostri eximiis praeconiis com-
„ mendarunt tamquam Christianae Re-
„ ligionis Clypeum, firmumque Eccle-
„ siae praesidium, ac novissime Bene-
„ dictus XIV., cujus Sapientiae intimi
„ admiratores fuimus, Thomisticam do-
„ ctrinam restitui jussit in Collegio San-
„ cti Dionysii Arcopagitae Montis Il-
„ lipulitani extra Civitatem Granaten-
„ sem, proposita sacrorum Interdictio-
„ nis poena cuicumque, qui ab ea re-
„ cessisset „. (*Lit. in form. Brev. dicti*
11. Decembris 1752. impress. in Collect.
Actor Capit. General. Praedicator. ha-
bit. Romae 3. Julii 1756. pag. 46.)

(6) Confer Constitutionem, *Prec-*
tiosus §. 41. Tom. VI. *Bullarii Ord. Praed.*
pag. 622.

IV.

SS. D. N. D. CLEMENTIS
DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ XII.

Litterae in quibus praecipitur (1), ne quis notam, aut censuram ullam Theologicam Catholicorum scholis diversa in explicanda Divinae Gratiae efficacia sentientibus inurere aut earum sententias contumeliis incessere audeat.

CLEMENS PP. XII. AD FUTURAM REI MEMORIAM

Apostolicae providentiae officio a Praedecessoribus nostris fel. rec. Clemente XI. (2) et Benedicto XIII. (3) sapienter impenso ad dissipandas novatorum calumnias, et artes, per quas inducta proscriptis erroribus Catholicorum dogmatum larva: et Sanctorum Doctorum illustria nomina obtendentes, simplicium animos a debita Consitutioni, quae incipit *Unigenitus*, obedientia deterrere moliebantur, Nos paterna quoque sollicitudine inhaerentes, magnopere dolemus, tenebras a dissensionis filiis offusas nondum ex quorundam mentibus satis esse discussas; sed plerosque etiam nunc intolerabili pertinacia contendere, censuris laudatae Constitutionis doctrinam Sanctorum Augustini, et Thomae de Divinae Gratiae efficacia esse perstrictam. Ut igitur nullas caritatis partes ad revocandos errantes nobis reliquas faciamus, universis, et singulis Christifidelibus quacunque dignitate, etiam Episcopali, et majori fulgentibus in virtute sanctae obedientiae districte praecipimus, et sub Canonicis poenis mandamus, ne disputantes, aut docentes sive in Scholis, sive in concionibus, sive scriptis editis, sive aliter propositiones defendant, aut enuncient, quae antedictas novatorum calumnias firmare, ac promovere possint, Mentem tamen eorundem

(1) Ita in Bullar. Rom. edit. cit. Tom. XIII. pag. 362. In Bullario Ord. Praed. Tom. VI. pag. 738. „ Laudes, „ quibus SS. Augustini, ac Thomae A. „ quinatis doctrina celebratur, confir- „ mat, ne quis eandem calumniatur ca-

„ vet, et Scholarum Catholicarum paci „ consulit „.

(2) Litt. *Pastoralis Officii*. Append. hujus num. I.

(3) Litt. *Demissas preces*. ibid num. III.

Praedecessorum Nostrorum compertam habentes, nolumus aut per nostras, aut per ipsorum Thomisticae Scholae delatas, quas iterato Nostrro judicio comprobamus, et confirmamus, quidquam esse detractum caeteris Catholicis Scholis diversa ab eadem in explicanda Divinae Gratiae efficacia sentientibus, quarum etiam erga hanc Sanctam Sedem praeclara sunt merita, quominus sententias ea de re tueri pergant, quas hactenus palam et libere ubique, etiam in hujus Almae Urbis luce, docuerunt et propugnarunt: Quamobrem fel. record. Pauli V., et aliorum Praedecessorum Nostrorum ad restinguendum dissensionum fomitem vestigia prosequentes, et saluberrima mandata renovantes, auctoritate quoque Nostra omnibus et singulis superius expressis interdici-mus, et prohibemus sub iisdem poenis, ne vel scribendo, vel docendo, vel disputando, vel alia qualibet occasione notam aut censuram ullam Theologicam iisdem Scholis diversa sentientibus inurere, aut earum sententias conviciis, et contumeliis incessere audeant, donec de iisdem controversiis haec Sancta Sedes aliquid definiendum ac pronun-ciandum censuerit. Pacem siquidem, quam cum veritate diligendam Dominus praecepit, inter Catholicae Ecclesiae Filios fovere, et commu-nire debemus, et curamus; ut conjunctis diversarum licet Scholarum studiis firmiter sit adversus erroris insidias praesidium. Propterea loco-rum Ordinariis, Inquisitoribus, caeterisque Iudicibus Ecclesiasticis in-jungimus, ut altercationes, et contentiones, quae, disputationis aestu animos abripiente, in Christiani populi scandala erumpere possent, per Canonica remedia compescant; iisdem facultatem ad id necessariam, et opportunam impertientes; in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub An-nulo Piscatoris die secunda Octobris M.DCC.XXXIII. Pontificatus No-stri Anno Quarto.

C. Archiepiscopus Emissenus.

V.

SS. D. N. D. PII

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VI.

Litterae quibus damnatur, et prohibetur Liber Germanico idiomate editus, et in duas partes divisus cui Titulus: *Johann Lorenz Isenbiehl's neuer Versuch über die Weissagung vom Emmanuel 1778.*

PIUS PAPA SEXTUS

Ad futuram rei memoriam.

Divina Christi Domini voce admoniti, etsi non ignoramus necesse esse, ut veniant scandala, falsosque Prophetas ad Fidei morumque integritatem labefactandam idem ipse Veritatis Magister edixit identidem exituros; cum tamen haec eadem divinitus praenunciata huic maxime tempori nimium et vere congruere intelligimus, incredibili quodam sensu doloris intime afficimur.

Dolemus autem majorem in modum, quod ex iis ipsis, qui Catholicam Religionem profitentur, non desint errorum Magistri, qui profanis novitatibus indulgentes, dum terminos transiliunt, quos Patres nostri posuerunt, a via veritatis deflectunt, et Domestici fidei cum sint, seu potius videri velint, apertis hostibus adjungere se non verentur, eisdemque ad impietatis propagationem nova veluti subsidia, et adjumenta suppeditare: Hi scilicet praedicti sunt, qui veniunt ad vastandum gregem, tecti vestimentis Ovium, eo deteriores, quo sunt ad nocendum aptiores.

Hinc commovemur etiam Christianae plebis periculo, cujus fidei innocentiae laqueos, insidias, fraudes omni ex parte comparari animadvertimus. *Nam ad quae jam Grex Sanctus septa confugiet, si intra Ovilia Ecclesiae saucietur?* Id tum saepe alias, tum maxime praecipua quadam ratione hisce praeteritis Mensibus experti sumus, cum ad Aures nostras allatum est superiori anno teterrimum Librum prodiisse Germanico idiomate conscriptum, ex quo maxima Christiano populo

certissimaque pernicies impenderet. Is autem Liber hunc Titulum Germanicae praefert *Johann Lorenz Isenbiehls neuer Versuch über die Weissagung vom Emmanuel* qui Latine redditus sic habet: *Joannis Laurentii Isenbiehl novum tentamen in Prophetiam de Emmanuele* 1778.

Mirum dictu quantam liber iste, statim atque vulgari coepit, bonorum omnium indignationem commoverit, mirantium ab homine Sacris addicto tantam errorum labem in tam exiguum Opus conjici potuisse, tum etiam dolentium non id tantum agi, ut veneni particulam, qui legant, per imprudentiam hauriant; sed eo totam infelicis tentaminis summam spectare, ac ducere, ut posthabita Patrum Auctoritate, quos Ecclesiae suae Deus Doctores dedit ac Pastores, novis, peregrinis, atque a privato, depravatoque Spiritu profectis explicationibus Divina Oracula pervertat, fideliumque mentes a salutaribus pascuis abductas, quae Salvatoris fontibus irrigantur, in spinosa, ac venenata dumeta conjiciat. Sane cum ad Divini Verbi puritatem conservandam, et a petulantibus ingeniis vindicandam Tridentini Patres decreverint, ut in rebus ad fidem, et mores pertinentibus nemo Sacram Scripturam contra eum sensum, quem tenuit, ac tenet Sancta Mater Ecclesia, aut etiam contra unanimem consensum Patrum, interpretari audeat, querebantur non eo Decreto coerceri potuisse procax hominis ingenium; sed eo temeritatis, et insaniae progressum esse, ut saluberrimam regulam, nec sine Divini Spiritus ope constitutam, fallacibus commentis eludere, seu verius in discrimen et contemptum adducere niteretur. Maxima vero se prodidit Catholicorum offensio, cum praedicari audierunt Propheticum Oraculum de Divino Emmanuelis ortu ex Virgine non ad Virgineam Deiparae partum, quem Prophetæ omnes annuntiaverunt, non ad verum Emmanuelem Christum Dominum ullo sensu sive litterali, sive typico pertinere: Cumque S. Matthaeus insigne istud vaticinium in illo mirabili pietatis Sacramento adimpletum expressis verbis testetur, hoc tamen ipsum non ut Oraculi adimplementum, sed ut adnotationem meram, vel allusionem a S. Evangelista memorari. Qua in re horruerunt piaes aures Scripturam simul, et Traditionem, qualis perpetuo ex unanimi Patrum consensu ad nos pervenit, per summam impudentiam labefactari.

Quae cum ad Nos multorum Litteris, et querelis deferrentur, suc-

currit animo quod jam olim querebatur *Leo Magnus Epist. Synod. ad Flavianum*, in hanc eos insipientiam cadere, qui cum ad cognoscendam veritatem aliquo impediuntur obscuro, non ad propheticas voces, non ad Apostolicas Litteras, nec ad Evangelicas auctoritates, sed ad semetipsos recurrunt: Certum est autem, quod pridem edixerat *S. Caelestinus*, scribens ad *Cler. et Popul. Constantinopolitanum*: *Quia tales Scrmontum Novitates de vano gloriae amore nascuntur: dum sibi nonnulli volunt acuti, perspicaces, et sapientes videri, quaerunt quid novi proferant, unde apud animos imperitos temporalem acuminis gloriam consequantur.*

In his porro aerumnis, et periculis non parvam nobis moeroris levationem attulit pia sollicitudo, atque invictum robur praeclarissimum inclitae Germanicae Gentis Antistitum, qui primum nil intentatum reliquerunt, quo opportunis sive hortationibus, sive damnationibus, adscitis etiam doctissimorum undique Virorum sententiis, gliscenti malo medicinam adalberent, et inimicis praedicationibus resisterent. Deinde cum eorum prudentiam non lateret eam esse antiquae regulae formam toto semper Orbe servatam, quod per omnes Provincias de Apostolico fonte petentibus Responsa semper emanent, (et praesertim quoties fidei ratio ventilatur, omnes Fratres, et Coepiscopos nostros non nisi ad Petrum, idest sui Nominis, et honoris Auctorem referre debere, quod per totum Mundum possit Ecclesiis omnibus in commune prodesse) illi Orthodoxorum Patrum exempla secuti rem totam ad nos mature deferre non praetermiserunt, enixis insuper precibus contendentes, ut nostrum super pestilenti Libro Judicium interponeremus, quo tutius et efficacius Apostolica Auctoritate insana illa opinandi licentia comprimeretur, et imminetia Catholicae Religioni pericula propellerentur.

Quibus in precibus cum praestans pietatis, ac veritatis studium deprehenderemus, gratias egimus Patri Misericordiarum, ac Deo totius Consolationis, qui hoc eximio suae largitatis beneficio consolari nos voluit in hac tribulatione nostra, eaque laetitia perfundere, qua exultat Ecclesia, cum Pastores eam, quam debent, gregibus suis sollicitudinem impendunt.

Nos itaque pro Apostolico munere, quo licet immeriti fungimur, et animas pretioso Salvatoris Domini Nostri Jesu Christi Sanguine redemptas pastoralis Caritate, quantum Nobis ex alto conceditur, ab omni

erroris, et impietatis contagio immunes reddere cupientes, praedictum Librum Latino primum, et Italico item sermone versum diligenti, et accuratori praeclarorum in Sacra Theologia Magistrorum examini, et censurae subjici mandavimus, ut rei gravitas postulare videbatur; subindeque doctissimorum Virorum habitis Consultationibus, auditisque semel atque iterum suffragiis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana adversus haereticam pravitatem Generalium Inquisitorum, coram Nobis adstantium, motu proprio, et ex certa scientia nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine antedictum Librum *Joannis Laurentii Isenbielb novum tentamen in Propheetiam de Emmanuele* 1778. in duas partes divisum, absque ulla loci significatione, et legitima approbatione typis impressum, tamquam continentem doctrinam, et propositiones respective falsas, temerarias, scandalosas, perniciosas, erroneas, haeresi faventes, et haereticas damnatus, ac pro damnato, et reprobato in perpetuum haberi volumus atque decernimus.

Mandamus insuper, ne quisquam ex Christifidelibus cujuscumque gradus, et dignitatis, quamvis specialissima nota dignis, Librum praedictum jam Typis editum, sive manu conscriptum, vel in suo Originali, vel in quacumque alia versione legere, retinere, vel denuo imprimere, seu imprimi facere audeat, aut praesumat sub poena suspensionis a divinis quantum ad Personas Ecclesiasticas; quantum vero ad Personas Saeculares sub poena Excommunicationis Majoris ipso facto absque alia declaratione (1) incurrendis, quarum absolutionem, et respe-

(1) Pseudo-Theologus Compiler
Epitomis Resolutionum Quaestionum Theo-
logicarum an. 1786. ad calcem libelli,
cui titulus: „Ordo Divini Officii a Cle-
ro Saeculari, et Regulari in Civita-
te, et Dioecesi Pratensi recitandi an-
no MDCCLXXXVI. Illustr., et Re-
verendiss. D. D. Scipionis De Riccis
Episcopi Pistoriensis, et Pratensis jussu
in lucem editus Prati MDCCLXXXVI.
apud Vincentium Vestri Episc. Typog.
Superioribus Ammentibus, ad hanc
num. X. Quaestionem respondens „Chri-
sti fidelis damnatam videns sententiam

„ illam, qua statuitur Excommunicatio-
„ nis injustae merum nunquam debere
„ nos impedire ab implendo debito no-
„ stro, veretur legere optimos pietatis li-
„ bros in Rom. indice proscriptos ac
„ servire principi in rebus immunitatis;
„ quaeritur an prior sententia vera sit,
„ et quales sint excommunicationes in-
„ justae, pag. 29. seqq. inquit, Ele-
„ ri potest, ut quis aliquem excommu-
„ nicans excedat jurisdictionis suae li-
„ mites illi a Christo, et Ecclesia cir-
„ cumscriptos: quemadmodum ex. gr.
„ ageret Rom. Pontifex, si cum errare

ctive relaxationem Nobis, et Successoribus nostris Romanis Pontifici-

„ possit, doctrinam aliquam fidelibus te-
„ nendam proponeret sub poena exco-
„ municationis, vel cum non habet po-
„ testatem in temporalia, ut ajunt Ec-
„ clesiarum bona vel subjiçendi exteras
„ Ecclesias disciplinae, et ritibus Eccle-
„ siae Rom. id excommunicationum ope
„ agere tentaret. Irritae quippe essent
„ hujusmodi censurae. Quoad vero ea-
„ rum causam oportet eas infligi tan-
„ tummodo pro delictis gravioribus;
„ contrarium namque est spiritui Ec-
„ clesiae a comunione sua excludere
„ eum, qui per charitatem cum trium-
„ phanti Ecclesia comunicat. Ulterius
„ statutum est a Concilio Lateranensi 3.
„ in Cap. Sacro 48. de sent. excom. a
„ Concilio Vasense primo Can. 4. , ab
„ Aug. Serm. 351. de poenit. aliisque
„ Ecclesiae decretis crimina ipsa de-
„ bere esse publica, et manifesta. Ac
„ demum necesse est, ut reus compe-
„ riatur contumax in crimine suo, et
„ Ecclesiae eam corripienti rebellis.
„ Nam Christus errantem non prius ha-
„ bendum statuit veluti ethnicum quam
„ tertio correptus fuerit et Ecclesiam
„ non audierit. *Si Ecclesiam*, inquit,
„ *non audierit, sit tibi sicut ethnicus.*
„ Legatur de hoc Gersonius de vita spi-
„ rituali Lect. 4. Corall. 14. Hinc est,
„ nullum in religione locum esse ex-
„ comunicationibus iis per decem ad mi-
„ nus saecula in Ecclesia ignotis, quae
„ dicuntur latae sententiae, quaeque so-
„ la legis transgressione statim incurrun-
„ tur; „ quo extremo canone plane fal-
„ so, Ecclesiae injurioso, aeternaeque a-
„ nimarum saluti pernicioso, nullus mihi
„ laxior vel in laxioribus Casuistis hacte-
„ nus occurrit. Et tamen hic ex eorum
„ grege est, qui cum N. C. M. corrup-
„ tam pravis Casuistarum opinionibus mo-

rum doctrinam (quod nos non ut N. D.
ad ostentationem, sed verissime dole-
mus) conqueruntur. „ A quale stato di
„ oscurità siansi ridotte le verità di pra-
„ tica ben lo dimostrano le perniciose,
„ ed anticristiane dottrine di tanti rila-
„ sciati Casisti, che fattisi Maestri in
„ Israele servon di norma a tante guide
„ cieche, che seco traggono al preci-
„ pizio i ciechi da loro condotti. „
Epist. cit. p. 2. Quam alienus a Roma-
na Ecclesia, et quam Romanis Pontifi-
cibus iniquus idem iste Pratensium Re-
solutionum Compiler sit, ex iis pot-
tissimum intelligitur, quae scribit in
responsione ad XII. quaestionem „ Bre-
„ viarium Romanum indigetne reforma-
„ tione? Quid in eo reformari necesse
„ est? Cui (*ita novus Scioppius*) per-
„ tinet reformatio ista? „ Sic enim
habet pag. 34. „ Ut probemus specta-
„ re Episcopis (*elegantissime*) refor-
„ mationem Breviarii Romani nil aliud
„ restat, quam ut demonstremus il-
„ lud reformatione indigere. Neque
„ enim illud ab Episcoporum potesta-
„ te eximitur, quia Romanum est.
„ Est enim in hac parte Ecclesia Ro-
„ mana peculiaris Ecclesia, ut caeterae,
„ et quos habet ritus, ei peculiare
„ sunt; nec jus habet cogendi exteras
„ Ecclesias ad eos recipiendos. Proin-
„ deque Episcopus qui illi Ecclesiae
„ praest hand laedere potest liberta-
„ tem aliarum Ecclesiarum, dummodo
„ sub praetextu immutationis rituum non
„ scindant fidei, et comunions unita-
„ tem: et si aliquando fortasse conti-
„ git ut ille alicujus Ecclesiae ritus mo-
„ deratus fuerit, aut etiam hoc sibi mu-
„ nus reservaverit, cessat reservatio om-
„ nis cessante utilitate illius, ac sine ob-
„ quem inducta est. „ Deinde pag. ead.,

bus reservamus, excepto dumtaxat, quoad excommunicationem praedictam, Mortis articulo, quo nimirum quilibet Confessarius ab hujusmodi Censura, ut praefertur, incursa absolvere poterit.

Praecipimus quoque Bibliopoli, ac Typographis, ceterisque omnibus, et singulis cujuscumque gradus, conditionis, et dignitatis Personis Ecclesiasticis, et Saecularibus etiamsi speciali, et individua mentione indigeant, ut quatenus praedictus Liber vel in suo Originario, vel in quocumque idiomate impressus, vel etiam manuscriptus ad eorum manus devenerit, statim deferre illum teneantur Ordinariis Locorum sub eisdem suspensionis a Divinis comminatis poenis, ac respective Excommunicationis.

Reliquum est, quod Votis omnibus exoptamus, et humili prece a Deo petimus, ut qui humana instabilitate abalienari se passi sunt, ac

et seq. de Breviario Romano disserens in eo, „plura, *inquit*, festa habentur falsis dubiisque factis innixa... pleraeque lectiones de gestis Sanctorum, vel Festorum historiis falsa sunt, et, quod pejus est, plura continent parum religioni conformia (*Tu ne quae religioni conformia sint quae secus, judicabis sycophanta?*), ut ex.gr. quae ex Isidorianis Decretalibus (*quas numquam legisti*) desumpta Ecclesiasticam hierarchiam evertunt; quae de Gregorio VII. aliisque sacram Principum potestatem; quae de S. Gregorio M. Raymundo civilem, et Ecclesiasticam Tolerantiam etc. etc. ex eo vero quod Dei cultus in spiritu esse debet, dignoscimus, proponendam fidelibus in Divino Officio, tum in Sanctorum historiis, tum in aliis ejus partibus veram solidamque (*cuius tu es omnino expertus*) pietatem. At contra Breviarium Romanum interdum res exhibere videmus, quae parum promulgantur ad aedificationem Spiritus uti ex.gr. in Officiis SS. Agnetis, Agatae, Franciscæ Romanae aliisque; saepe ri-

„dicula offerre miracula, extases, ac visiones, quae nimium vulgares factae sunt, ex quo mystica ars inducta est; ac demum quadam Phariseismi (*qui tui, ac similitum tui est proprius*) specie plurium Sanctorum virtutem ostendere in quibusdam exterioribus tantummodo exercitiis (*mentiris*) positam; quodque majus est, hoc pietatis genus uti e coelo delapsum suadere, exhibitis ex.gr. divinitus ordinibus regularibus propriis et Dei-paraë Virgini Sanctisque gratis vestibus“. Hactenus Pratensis ex Arnaldi, Quesnellique ludo veterator, cujus sapientia non est *desursum descendens, sed terrena animalis diabolica* (S. Jacobus in *Epist. Cathol. cap. III. ver. 15.*) Sed hujus putida mendacia, et falsa, quae pro certis sumit principiis refellere non est hujus loci. Interea Lectores consulant Prosperum Cardinalem Lambertinum, deinde Pontificem Maximum *De Servorum Dei Beatificatione, et Beatorum Canonizatione lib. IV. par. 2. cap. 13.*

circumferri omni vento Doctrinae, Scripturas depravantes in suam et aliorum perditionem, Divina opitulante Gratia, in viam, et ad Cor redire non morentur, ac voci Ecclesiae docibiles effecti in ejus sinum recurrant, peramanter excipiendi. Loquimur cum *Caelestino ad Cyrill. Studeo quieti Catholicae, studeo pereuntis saluti, si tamen voluerit agritudinem confiteri; quod ideo dicimus, ne volenti se corrigere forsitan desesse videamur*: Et ut *S. Leo ad Pulcheriam* habet: *Sedis Apostolicae moderatio hanc temperantiam servat, ut et severius agat cum obduratis, et veniam cupiat praestare correctis.*

Ut autem eadem praesentes Litterae ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam praetexere possit, volumus, et mandamus, illas ad Valvas Basilicae Principis Apostolorum, et Cancellariae Apostolicae, nec non Curiae Generalis in Monte Citorio, et in Acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque Exempla ibi affixa relinqui; Sic vero publicatas perinde afficere omnes et singulos, quos concernunt, ac si unicuique illorum personaliter notificatae et intimatae fuissent: Ipsarum autem Litterarum praesentium Transumptis, seu Exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et Sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eandem fidem tam in Judicio, quam extra illud, ubique locorum haberi, quae eisdem praesentibus haberetur, si forent exhibitae et ostensae. Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die XX. Septembris MDCCLXXIX. Pontificatus Nostri Anno V.

I. Card. de Comitibus.

Anno a Nativitate Domini N. Jesu Christi millesimo septingentesimo septuagesimo nono, Indictione undecima, die vero vigesima Septembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, et D. N. D. Pii Divina providentia Papae VI. Anno Quinto, supradictae Litterae affixae, et publicatae fuerunt ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, Curiae Generalis in Monte Citorio, et in Acie Campi Florae, ac aliis locis solitis, et consuetis Urbis per me Petrum Befani Apostolicum Cursorem.

Jacobus Butti Mag. Curs.

VI.

SS. D. N. D. PII

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VI.

Litterae quibus damnatur, et prohibetur Liber Germanico idiomate editus cui Titulus Was enthalten die Urkunden des christlichen Alterthums von der Ohrenbeichte? Von Eybel. Wien / bey Joseph Edlen von Kurzbeck u. s. f. 1784. Latinae vero quid continent Documenta Antiquitatis Christianae de Auriculari Confessione? ab Eybel. Vindobonae apud Josephum Nobilem de Kurzbeck &c. MDCCLXXXIV.

PIUS PAPA SEXTUS

Ad futuram rei memoriam.

Mediator Dei, et Hominum Christus Jesus, quo plenius in nos misericordiae suae divitias effunderet, figmentum nostrum miseratus, ad reparandos eos, qui a Baptismi gratia quaecumque excidissent, tradita Ecclesiae Praepositis potestate remittendi, ac retinendi peccata, Sacramentum Poenitentiae instituit (a), cujus vi, et efficacia, qui ad id accederent rite dispositi, ac peccata confessi, per Sacerdotis absolutionem Peccatorum veniam consequerentur. Constans haec fuit de hoc insigni Christi beneficio, et ab Apostolicis usque ducta temporibus perpetua Ecclesiae praedicatio; eaque, depulsis pridem, ac praesertim per Tridentini Concilii Decreta Novatorum erroribus, fusa per omnes Catholici Orbis Provincias, Fideliumque omnium animis insita penitus ac defixa, pacatissima confessione, nec sine ingenti animarum fructu pura et integra fide tenebatur. Verum antiquus generis humani hostis, Adversarius ille noster, in quo nunquam quiescit voluntas nocendi, (b) omnibus modis instat, quemadmodum dejiciat: Itaque cum in hac fidei, ac doctrinae constantia, nil dudum Christianae plebi ab apertis hostibus metuendum videretur, prodierunt repente ex nostris,

(a) Concil. Trident. sess. 14. de SSimo Poenitent. Sacrament. Can. I.

(b) S. August. enarr. in Psal. 62.

quī Nobis bella moverent, *si tamen (c) nostri dicendi sunt, quos ad inimicum transiisse rupto foedere sentiamus.*

Editum sane recens, nec sine acerbo doloris sensu accepimus Libellum Germanico idiomate, cujus haec est latine reddita inscriptio: *Quid continent Documenta Antiquitatis Christianae de Auriculari Confessione? ab Eybel. Vindobonae apud Josephum Nobil. de Kurzbek &c. 1784.*

Ediderat jam Scriptor iste paucis ante annis Introductionem in Jus Ecclesiasticum Catholicorum, quem Librum Decreto sub die 16. Februarii currentis anni Indicis Congregatio, maturo adhibito examine, censuit inter damnatos Libros referendum. At hoc novo Libello palam omnibus factum est, perspicueque declaratum, qui Scriptoris hujus animus semper antea fuerit, quoque demum tendant eorum consilia, quī omni Scriptionum genere student Fidelium animos alienare ab ea Sede, cum qua Ecclesias (d) universas, et Fideles, qui undique sunt, omnes oportet convenire. Sane infelicem Auctorem non puduit palam profiteri, Haereticorum scriptis quoad res plurimas solide se fuisse instructum; licet vane testetur, se in hoc argumento ab eorum quantumvis Doctorum lucubrationibus abstinere voluisse: Infelix revera, quī dum se solide instructum perperam sibi blanditur, non animadvertit, quam periculosum sit eorum se instabilitati committere, qui a soliditate Petrae, supra quam Christus Ecclesiam suam fundavit, aliquando discesserint. Atqui isti quidem ex illis sunt, quos novissimis diebus futuros praedixit Apostolus (e), quos nimium multos in hac, quae quotidie magis magisque increbrescit opinandi licentia, experimur qui corrupti mente, ac reprobi circa Fidem resistunt veritati; *sed ultra non proficient, insipientia enim eorum manifesta erit omnibus.* Qui (f), etsi cum innovare, et errare incoeperint, ipsi non desistent ab errore; sed semper fallacias novas, et dogmata corrupta invenient, non diutius tamen fallent, neque secum rapiunt; quippe licet in principio prospere agat error, ad finem tamen usque non permanebit.

Magna certe Nobis (f) fiducia est apud Deum fore numquam, ut filii Ecclesiae, filii lucis, obedientes ex corde in eam formam doctri-

(c) S. Caelestinus Epist. ad Cler. et Pop. Constantinopolitanum.

(d) S. Iraeneus cont. haeres. l. 3. c. 3.

(e) Apost. 2. ad Timoth. c. 3. v. 8.

S. Ioan. Chrysost. Hom. 8. in 2. ad Timoth. c. 4.

(f) Apost. ad Rom. 6. v. 17.

nae, in quam traditi sunt, abduci se sinant variis illis, et peregrinis doctrinis, quas spiritus erroris invexit, quarum finis interitus. Hujus notae sunt illae, quas in Novatorum Libris expositas dudum, et patientes non dubitavit Libelli Auctor fraudolenta calliditate incautis mentibus obtrudere. Propositum ait sibi fuisse exponere, quid contineant Antiquitatis Christianae monumenta de auriculari Confessione, nec tamen abstinere ab illis etiam proferendis, quae pridem fuere a Novatoribus congesta, quibus in colligendis more illi suo ita versati sunt, ut ea commentitiis interpretationibus, ut et Divinas Scripturas in suam, aliorumque perniciem depravantes, ab Sanctorum mente, ac sententia longissime aberrarent.

Hinc effectum, ut quantumvis a Concilio Tridentino (g) declaratum sit, modum secrete confitendi soli Sacerdoti, quo Ecclesia nunc utitur, a sanctissimis, et antiquissimis Patribus fuisse commendatum, contra *Eyblius* velut imperitos traducat eos Doctores, qui Poenitentiae, et Confessionis modernum, et posteriorem usum jam in Antiquitate se detegere autumant. Hinc Ecclesiasticam peccatorum remissionem, quam memorat in antiquitate viguisse, refert ad remissionem injuriae, quae Fidelium Communitati contra foedus initum a peccantibus irrogabatur, quae remissio, utpote ex natura, et pactis cujuslibet Societatis prodiens, potestatis etiam esset Ecclesiasticae Societatis, minime proinde confundenda cum supernaturali absolute a Dei offensa, quasi in reconciliandis Poenitentibus non uterentur Ecclesiae Praepositi supernaturali judiciali potestate a Christo sibi tradita offensae Dei per Sacramentalem absolute illis remittendae, qui eam digne susciperent. Huc pertinet quod tradit, non alia intentione debuisse Poenitentes ad Ecclesiae Praesules, et Sacerdotes accedere, quam ut detectis animae vulneribus, receptaque instructione, ac pro poenitentia peragenda operum designatione, his peractis tum primum sub spe Divinae Misericordiae, et promissione gratiae reconciliationem obtinere possent: Cum tamen constans haec sit Ecclesiae Doctrina, eam esse vim et efficaciam Sacramenti Poenitentiae, ut per illud Poenitentes etiam ante peracta poenitentiae opera consequi reconciliationem (1) queant, nec tantummodo

(g) Cit. sess. 14. c. 5. et Can. 6.

(1) Alexander VIII. in decreto edito die 7. Decembris 1690. has inter alias

propositiones damnavit *num. xvi.* „ Ordinem praemittendi satisfactionem absolute solutioni induxit non poenitentia, aut in-

in instruendis Poenitentibus, operibusve poenitentiae designandis versari Sacerdotale ministerium in hujus Sacramenti administratione, sed ut clavium potestate utens Sacerdos, tamquam Judex, ac fidelis Dispensator, et prudens, tum salutare poenas, ac satisfactiones confitentibus non designare modo, sed et imponere, tum vere poenitentes absolvere a culpis valeat. Sic etenim docti sumus a Majoribus, non solum (b) *peccatorum remissionem in Catholica Ecclesia reperiri, sed etiam potestatem peccata remittendi in ea esse; qua si rite, et secundum Leges a Christo Domino praescriptas Sacerdotes utantur, vere peccata remitti, et condonari credendum est*: Accedit, quod modum secretae confitendi soli Sacerdoti eatenus concedit humanum inventum non esse, quatenus

„ stitutio Ecclesiae, sed ipsa Christi Lex
„ et praescriptio, natura rei id ipsum
„ quodammodo dictante “. num. xvii.
„ Per illam praxim mox absolvendi ordo
„ Poenitentiae est inversus “. num. xviii.
„ Consuetudo moderna, quo ad admi-
„ nistrationem Sacramenti Poenitentiae,
„ etiamsi eam plurimorum hominum
„ sustentet auctoritas, et multi tem-
„ poris diuturnitas confirmet; nihilomi-
„ nus ab Ecclesia non habetur pro usu,
„ sed abusu “. Inde Clemens XI. Const.
„ Unigenitus duas Quesnelli propositio-
„ nes improbat: LXXXVII. „ Modus
„ plenus sapientia, lumine, et Caritate
„ est dare animabus tempus portandi
„ cum humilitate, et sentiendi statum
„ peccati, petendi spiritum Poenitentiae,
„ et Contritionis, et incipiendi ad mi-
„ nus satisfacere justitiae Dei, antequam
„ reconcilietur “. et LXXXVIII. „ Igno-
„ ramus quid sit peccatum, et vera poe-
„ nitentia, quando volumus statim re-
„ stitui possessioni bonorum illorum,
„ quibus nos peccatum spoliavit, et
„ detrectamus separationis istius ferre
„ confusionem “. Contra Auctor Com-
„ pendiosarum resolutionum ad casus con-
„ scientiae in Civitate, et Dioecesi Pi-
„ storiensi anno 1786. discussarum pag. 16.

„ Non nisi, inquit, qui in Recentiorum
„ Pelagianorum, seu Molinistarum scho-
„ lis fuerit enutritus, negare poterit,
„ modum plenum sapientia, lumine et
„ charitate illius confessarii esse, qui
„ animabus etiam prima vice lethaliter
„ peccantibus, et confitentibus dat tem-
„ pus portandi cum humilitate, et sen-
„ tiendi statum peccati, petendi spiri-
„ tum poenitentiae, et contritionis,
„ atque incipiendi ad minus satisfacere
„ justitiae Dei, antequam reconcilien-
„ tur “. Quos autem sequatur duces,
„ ipse indicat pag. 20. scribens. „ Qui
„ plura volunt, legant laudatos libros
„ in superiori resolutione, iisque addat
„ lectionem cap. 9. Act. Apostolicorum
„ cum considerationibus moralibus, quas
„ cuilibet versiculo apponit Piissimus
„ Paschasius Quesnellus “. Et tamen
„ hic ejusque symmistae nullos aetate
„ nostra esse Iansenianis partibus addi-
„ ctos quovis pignore contendunt, atque
„ ut id imperitis persuadeant Tom. I.
„ Collect. Opuscul. Pistor. num. 1v. recu-
„ dendum curarunt libellum hoc titulo: *Il*
„ *Fantasma del Giansenismo scoperto* .

(b) Catech. Rom. in Symbol. Act. 10.
cap. 2.

Lex naturalis Divina obligat ad quaerendum animae remedium; quo satis demonstrat, vim mandati Christi eludere potius, quam adstruere voluisse. Atque ex his perspicui potest cujusmodi sit ea veneratio, qua prosequi se Tridentinum Concilium *Eybelius* profitetur; dum et ejus Decreta tot modis pervertere nititur, nec insuper insinuare veretur in hodierna poenitendi ratione, non obstante Tridentino, immutationem fieri posse, qua dissidentium Christianorum concordia procuretur; oblitus, quam arcte nobis indictum sit *supercertari (i) semel traditae Sanctis Fidei*; cumque nulla sit societas luci ad tenebras, nefas esse Christianum de veritate cum errore pacisci. Sed et istud Catholico viro prorsus indignum, quod non horruerit, subdole refricare maledicta, et convicia, quibus Haeretici blasphemantes opera Dei invehuntur in secretam confessionem, quo eximium istud Divinae largitatis beneficium et Populis odiosum, et saeculi Potestatibus suspectum reddunt, et invisum. Quae tamen minus mirum videri debet ab homine profecta, qui Opusculum suum concluderit tali veluti Fidei professione, quam Heterodoxus nemo detrectaverit, testans videlicet nolle quicquam a se scriptum, quod coram Deo orthodoxum non sit. Quod si nil orthodoxum coram Deo, quod non sit ex veritate, nec possit quicquam ex veritate esse, quod non congruat cum sensu Ecclesiae, quae columna est, ac firmamentum veritatis, an potuit ille, confidere (2), se ex veritate scripsisse, qui de auriculari Confessione ea scsipsit, quae plane abhorrent a Doctrina, quam a Majoribus accepimus, quam Oecumenica Synodus Tridentina sancivit, quae in universa Ecclesia praedi-

(1) Apostol. Jud. Epist. v. 3.

(2) Novi dogmatistae non adeo sunt imperiti, ut a se Orthodoxam Religionem oppugnari nesciant. Sed ut simplicibus Fidelibus imponant, cum Catholicam Doctrinam impugnant maxime, tunc maxime tradi ab se confirmarique Catholicam doctrinam vociferantur. Ita Auctor libelli, cui titulus: *Breve Catechismo sulle Indulgenze secondo la vera dottrina della Chiesa proposto dai suoi Parochi per servirsene d'istruzione ai loro popoli* (nae populos vere mi-

seros) *In Colle* 1787. qui cum damnatos de Indulgentiis errores apertissime doceat, ut in not. ad *de Indulgentiis* ostendimus, non modo in libelli fronte dogmata sua verae doctrinae Ecclesiae consentanea esse mendacissime profitetur, sed etiam extrema pagina scribit: „Eccovi... esposta la vera dottrina della Chiesa sulle Indulgenze: „ tutto ciò che si discosta da questa „ Dottrina è un errore, che onninamente deve sradicarsi dalla mente, „ e dal cuore dei Cristiani „

catur, qua ubique imbuuntur alumni Fidei, quam ille ipse in Ecclesia didicit ab (3) infantia? Merito proinde objici illi potest, quod Luthero, quod caeteris Novatoribus objectum semper fuit: Non sic vos ipsi credidistis ab initio: Nova sunt quae affertis, novitas ipsa vos arguit erroris. Hoc inducta principio celebris Theologica Facultas Pari-

(3) Ne qui in Fidelium numerum in plerisque dioecibus aggregantur, deinceps ab infantia addiscant, quae de S. Petri, ac Romanorum Pontificum Primatu, ac de aliis Doctrinae capitibus Orthodoxa docet Ecclesia, imo contra damnatis opinionibus imbuantur, novi Dogmatistae Catholicas Catecheses ex Parochorum manibus removendas, novasque vel a Schismaticis, et Appellantibus compositas, vel quas ipsi ex Schismaticorum, et Appellantium Institutionibus confecerunt, explicandas ab illis Christianae plebi curarunt. Ex his, quas quidem legimus, nec enim omnes videre licuit, sunt: „ Instruzione in Dialogo sull' accordo della Grazia colla libertà del Sig. Antonio Arnaldo Dottor di Sorbona „ *Tom. I. Collect. Pistoriens. num. vi.* „ Discorso sull' amore di Dio, del Sig. Antonio Arnaldo Dottore di Sorbona. *Ibid. num. vii.* „ Catechismo, o sia Schiarimento sulla materia della grazia di M. Matteo Feydeau Dottore di Sorbona, *Collect. ejusd. Tom. III. num. IV.* „ et Senis 1787. praemissa *Lettera . . .* „ Catechismo sulla Chiesa. „ *Collect. ejusd. Tom. V. num. III.* „ „ Dell' autorità spirituale della Chiesa. „ *Tom. VI. num. III.* „ „ Regole di obbedienza per i Popoli nel conflitto della Potestà Secolare, e dell' Autorità Ecclesiastica. „ *Tom. eod. num. IV.* „ „ Trattato Storico-Dommatico-Critico delle Indulgenze „ *Tom. XI.* „ „ Istruzione Pastorale Di . . . „ sopra molte ed importanti verità del-

„ la Religione, ossia sulla Sana Dottrina Firenze 1786. Per Gaetano Cambiagi „ Catechismo per i Fanciulli ad uso delle Città, e Diocesi di Cortona, Chiusi, Pienza, Pistoja, Prato, e Colle. In Prato 1786. Per Vincenzo Vestri „ in quo Catechismo cum multa quae ad Christianam institutionem pertinent, aut supprimuntur, aut perverse docentur, tum in definitione Ecclesiae mentio Capitis ejusdem Visibilis omittitur, Romanus Pontifex primus inter Christi Vicarios, ac Episcopus Romae dicitur, et S. Petrus primus inter Apostolos, et caput ministeriale Ecclesiae appellatur. Sic enim *Part. I. Lect. XVIII. pag. 31.* „ D. Cosa è la Chiesa? „ R. è la società de' i Fedeli, che sotto la condotta de i Pastori legittimi non fanno che un istesso Corpo, di cui Gesù Cristo è il Capo. „ *et pag. 32.* „ D. Chi è il Successore di S. Pietro? „ R. è il Papa, il primo dei Vicarij di Gesù Cristo. D. che significa il nome di Papa? R. Questo nome significa Padre; come tale si conviene, e si dava già a tutti i Vescovi ed anche ai Sacerdoti, perchè sono i Padri spirituali dei Cristiani; ma l'uso di molti secoli lo ha riserbato al solo Vescovo di Roma „ *Et Part. V. Lect. XXI. pag. 129.* „ D. A quale dignità Gesù Cristo ha sollevato S. Pietro? R. L'ha fatto il primo dei suoi Apostoli, e il capo ministeriale della sua Chiesa „ „

siensis (l) Doctrinam, quae supponeret, Ecclesiam aliquo tempore legitimi usus poenitentiae cognitione caruisse, velut temerariam notavit, ipsi Ecclesiae injuriosam, et haeticam. Quin etiam ad uberiores explicationem sub iisdem notis, alias insuper Propositiones, perstrinxit, in quantum disciplinam, et consuetudinem Ecclesiasticam ab omnibus Catholicae Communionis Ecclesiis receptam, quantumcumque diuturnam, tamquam abusivam, et institutioni Christi, ac Evangelicae Doctrinae contrariam. Hinc et illustre Augustanum Vicariatus officium probro sibi fore duxit, videri probatum a se Opusculum *Eybelii*, eaque de re impactam calumniam publico Decreto repellendam censuit, edixitque, ut per Verbi Divini Ministros monerentur Fideles ab Libellis ejusmodi abstinere, qui Fidem corrumpunt, et morès. Tametsi vero in Domino confidimus, numquam futurum, ut pernicies haec, labesque fundat se latius ad eos inficiendos, qui spiritu Dei aguntur, quive non omnem suae salutis curam abjecerint; quia tamen sapientibus, et insipientibus debitores sumus, nec desunt in multis, (m) qui infirmi sunt in Fide, valde trepidavimus, ne horum Fidem a tramite veritatis insinuatio male docentis averteret. Majorem vero in modum commoti sumus ac percussi, tristitiamque super tristitiam habuimus, cum ad Nos perlatum est, eo usque progressam esse impiorum in Religionis contemptu effrenatam audaciam, ut sanctissima haec Sacramentalis Poenitentiae actio indignis picturis, ac diceriis, per fora et compta exponi ad ludibrium caeperit; vel iismet flabellis appicta, quae in mulierum manibus passim geruntur. Nefandum dictu! Sacrilegum jocum fieri de hoc Divinae largitatis, ac misericordiae ineffabili dono, cujus vel nomine ipso admonemur conscientiae sordes recognoscere, peccata deslere, et annos nostros cum salutari animae nostrae amaritudine recogitare. Sic omni machinationum genere adversus Fidem, Religionisque sanctitatem certatur. Hinc disputationum laquei, quibus irretiantur mentes incautorum; isthinc ludicrae artes, quibus deformata per impiam fraudem sacrorum majestas in contemptum adducatur. Neque id satis erat, nisi insuper ad cumulum accessisset facinus perinde audax, et improbum, quod cum privati Scriptoris probro, Romani no-

(l) Censura lata ann. 1664. mens. Jun. in henoticum, seu pacificum Theophili Brachetti Milleterii.

(m) S. Caelestinus Epist. ad Cler. et Pop. Constantinopolitanum.

minis dedecus conjugeret: scilicet Nobis est paucis hîsce diebus nuntiatum recens prodiisse adversus auricularem Confessionem sub usurpato Romani Theologi nomine furtivum Opusculum, velut ex Italico in Germanicum sermonem conversum, et Augustanis Typis editum, Opus tenebrarum, dignum illis, quorum cogitationes in malum, quorum labia loquuntur dolum; et illi quidem impudenti usi mendacio, quod Scriptor hic vivens mox queat redarguere; At non sine sperato aliquo iniquitatis fructu, rati nimirum fore, ut per eminentiam inscriptionem molliretur impii Dogmatis pravitas, leniusque insueret in aures multitudinis, cui persuasum esset illud et Romae suos habere Defensores.

Quo majore cura Nobis est providendum, ut impendentibus animarum periculis, quam mature fieri possit, subveniamus. *Etenim*, quod sapienter monebat suis ad Cyrillum Litteris Caelestinus Praedecessor Noster, *vulnus, quod non unum aliquod membrum tantum laedit, sed universum Ecclesiae Corpus consanciat, primo quoque tempore excindere oportet*. Hisce de causis statim atque memoratum Eybelii de auriculari Confessione Opusculum a piis doctisque Viris ad Apostolatus Nostri iudicium delatum est, illud ex Germanico in Latinum sermonem verti; atque, ut rei gravitas postulabat, complurium in Sacra Theologia Magistrorum examini, et censurae subjici mandavimus; ac subinde habitis eorum consultationibus, auditisque suffragiis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana adversus haereticam pravitatem Generalium Inquisitorum coram Nobis adstantium, *implorato Divino lumine*, motu proprio, et ex certa scientia nostra, deque Apostolicae Potestatis plenitudine antedictum Librum, cujus Titulus latine redditus: *Quid continent Documenta Antiquitatis Christianae de Auriculari Confessione? ab Eybel*, tamquam continentem Doctrinas, et Propositiones respective falsas, captiosas, temerarias, scandalosas, seditiosas, Sanctis Patribus contrarias, et injurias, sapientes haeresim, erroneas, haereticas, et a *Concilio Tridentino* uti haereticas damnatas, reprobamus, damnamus, ac pro reprobato, ac damnato in perpetuum haberi volumus, atque decernimus.

Mandamus insuper, ne quisquam ex Christianidelibus cujuscumque gradus, et dignitatis, quamvis specialissima nota dignis, Librum praedictum jam typis editum, sive manu conscriptum, vel in suo originali, vel in quacumque alia versione legere, retinere, vel denuo imprî-

mere, seu imprimi facere audeat, aut praesumat sub poena excommunicationis majoris ipso facto absque alia declaratione incurrenda, a qua nemo a quoquam, excepto dumtaxat mortis articulo, nisi a Nobis, seu a Romano Pontifice pro tempore existente, absolutionis beneficium valeat obtinere.

Praecipimus quoque Bibliopolis, ac Typographis, caeterisque omnibus, ac singulis cujuscumque gradus, et conditionis existant, vel quatenus praedictus Liber ad eorum manus devenit, aut deveniat, illum statim atque praesentes Litterae eis innotuerint, Locorum Ordinariis tradere, ac consignare sub eadem excommunicationis poena teneantur.

Memores porro Nos, meritis licet imparibus, sub illius nomine Ecclesiae praesidere, cujus (n) a Domino Jesu Christo glorificata est Confessio, et cujus fides omnes haereses destruit, Vos, qui undique estis, Venerabiles Fratres, quibus sua cuique Gregis portio attributa est, in visceribus Christi, cum omni instantia hortamur, et obsecramus, ut pro diligenti cura, quam geritis Ecclesiarum, quibus praesidetis, collaborare nobiscum ne desinatis, nostrisque studiis, ac vigillis studia vestra, vigiliasque adjungere, ut Divina opitulante gratia commissum Nobis Gregem servare a venenatis pascuis immunem, eumque Supremo Pastori, et Episcopo animarum, qui Nobis pascendum illum tradidit, purum, et incolumem repraesentare, ac reddere valeamus. In id incumbite, omnique ope satagite, ut suis (o) constabilita regulis Ecclesia, et justae pronuntiationis firmata Decrero, talibus patere non possit, qui per versis verborum argutiis, sub imagine Catholicae Fidei disputantes, velut pestiferum exhalantes virus, quo recte sentientium corda corrumpant, totam veri Dogmatis quaerunt evertere disciplinam.

Ut autem eadem praesentes Litterae ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam praetexere possit, volumus, et mandamus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, et Cancellariae Apostolicae, necnon Curiae Generalis in Monte Citatorio, et in acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque Exempla ibi affixa relinqui. Sic vero publicatas perinde afficere omnes, et singulos, quos concernunt; ac si unicuique illorum personaliter notificatae, et intimatae fuissent. Ip-

(n) S. Leo I. Epist. 32. ad Marcianum, et Faustum Presbyteros.

(o) S. Innocent. I. Episcopis Carthagen. Concilii.

sarum autem Litterarum praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eandem fidem tam in Judicio, quam extra illud ubique Locorum haberi, quae iisdem praesentibus haberetur, si forent exhibitae et ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Majorem die XI. Novembris MDCCLXXXIV. Pontificatus Nostri Anno X.

I. Card. De Comitibus.

Anno a Nativitate Domini Nostri JESU CHRISTI Millesimo septingentesimo quarto, Indictione secunda, die vero Decima octava Novembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris et D. N. D. PII Divina Providentia PAPAE SEXTI Anno Decimo, supradictae Litterae Apostolicae affixae, et publicatae fuerunt ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, Curiae Generalis in Monte Citatorio, et in Aede Campi Florae, ac in aliis locis solitis; et consuetis Urbis per me Petrum de Ligne Apostolicum Cursorem. Jacobus Butti Mag. Curs.



VII.

SS. D. N. D. PII

DIVINA PROVIDENTIA PAPAE VI.

Litterae quibus damnatur, et prohibetur Libellus Germanico idiomate editus cui titulus Allgemeines Glaubensbekenntnis aller Religionen. 1784.

Dem gesunden Menschenverstande gewidmet Latine vero Universalis Professio Fidei omnium Religionum 1784. sano Homini intellectui dicata.

PIUS PAPA SEXTUS ad futuram rei memoriam.

Debito Apostolatus Nostri officio vix functi, quo paucis ante diebus perniciosi Libri (1) necessaria quidem, sed paterno cordi Nostro acerba damnatione recrudescentes adversus auricularem Confessionem errores proscribere, Catholici Dogmatis depositum sartum, tectum custodire, Fratresque Nostros, ac filios in accepta semel a Sanctis fide confirmare satagemus, continuo ad nova, quae instant, et acrius urgent, propulsanda pericula Pastoralis Nostra sollicitudo vocatur.

(1) Eybelii. Vide Lit. Sanct. Dom. Nos. Pii Sexti num. praec. descriptas.

Emersit nuper e tenebris mole quidem exiguus , totus verò atro felle , ac veneno suffusus ignoti Scriptoris Libellus , cui propositum non unum tantum , aut alterum caput petere Christianae Doctrinae (tametsi nefas quicquam de Verbo detrahere) , sed plane omnem Christianae revelatae Religionis formam , ac speciem e medio tollere , funditusque delere . Libelli Titulus latine redditus : *Universalis Professio Fidei omnium Religionum 1784. sano Homini intellectui dicata* , addita in fronte ad inanem ostentationem brevi hac Sententia : *Agnosce Deum , et esto honestus vir* . Quae Sententia simulata , quam praesefert , specie probitatis fallere forte quemquam posset , nisi et patens inscriptionis pravitas latentem fraudem detegeret , eaque mox Auctor subijceret , quae et pietatem erga Deum , et moralem etiam honestatem penitus convellerent . Quid enim a pietate tam alienum , quam Deum Optimum Maximum sub illis indiscriminatim nominibus agnoscendum proponere , quibus caecus olim Gentilium error Supremi Numinis Majestatem non tam colere , quam obscurare , ac violare consueverat , qui nimirum aberrantes a via Dei , cum cognovissent Deum , non sicut Deum glorificaverunt , sed evanuerunt in cogitationibus suis , dicentesque se esse sapientes , stulti facti sunt ? Quid a sano intellectu tam remotum , quam certum omne veri , ac falsi iudicium e medio tollere ? Dicere veritatem non universalem , sed individua esse , sicut sunt facies hominum diversae ? Non alium coram Tribunali veritatis Legum Codicem agnoscere praeter sensualem experientiam , quae quam sit fallax , nemini latet , qui non sit sano intellectu plane destitutus ? Non si cuique suus est vultus , alter alteri dissimilis , ita quoque dissimilis sui , ac diversa , in diversis potest esse veritas . Est profecto , quod sapienter monet S. Doctor *Augustinus* (a) , incommutabilis veritas , quam non possis dicere meam , vel tuam , vel cuiusquam hominis : Veritas supereminens omnibus , ubique praesens , si cordis oculus ad eam pateat . Quod si ex immutabili aeternae veritatis Lege pendet certa omnis et firma recti , et honesti regula , quae demum in humanae vitae officiis constantia esse poterit , si constans nulla est , ac universalis , sed sua cuique individua veritas , agendique Legem ex propria sensuali experientia eruat quisque , ac repetat ? Sic sublata universali veritate , universalem quoque honestatem corruere necesse est . Nec

(a) De Lib. Arb. L. 2. C. 12. Enarrat. 2. in Psal. 33. Enarrat. 2. in Psal. 30.

vero diffidendum, quod Scriptor ille magnopere urget, multam esse de veritate in hominum hinc inde dissentientium judiciis varietatem, dum alii alia sentientes, pro sua tamen opinione tanquam pro veritate dimicare cernuntur. At hoc ipso admoneri eum oportebat, quam misera sit humanae naturae conditio, si suae infirmitati relinquatur. Quam opus haberet humanum genus superiori lumine, et auxilio, quo ex ignorantiae hujus tenebris, contractisque difficultatibus emergeret. Quam necessarium, quam optabile supernae revelationis beneficium fuerit, quo ad omnem veritatem, bonitatem, et justitiam homines erudirentur, ipsisque ad beatitudinem per eum, qui via, veritas, et vita est, certum, ac directum iter pararetur. Contra ingratus Auctor tanto beneficio supernam hanc Divinae bonitatis manifestationem explodere aggreditur. Revelationem cum natura confundit; praveque adeo de Religione sentit, ut qualibet Religione sine discrimine naturale Societatis humanae vinculum plus minusve abrumpi affirmet. Quod probrum si conferretur tantummodo in falsas alias omnes, exitialesque sectas, quae sacrum Religionis nomen profana usurpatione dedecorant, fatendum esset merito conjectum. At una existit, una eminent, lucetque in oculis omnium, velut Civitas supra montem posita, Christiana Catholica Religio, quae hominis officia omnia erga Deum, erga seipsum, et Proximum statuit, ac temperat in eum modum, quo humani generis, humanae Societatis bono comparando nil aptius, aut conducibilius excogitari (2) possit. Quo uno argumento, inter alia innumera, liquido quisque intelligere queat, tam praeclarum bonum nonnisi praestantissimo Divinae sapientiae, ac largitatis muneri acceptum referri oportere. Quam porro absurdum, quam impium, quod subjungere non erubescit: *Nullibi praeceptum esse, nec praecipere posse recte sentire, sed recte facere, beatumque illum qui hoc praestat, sit deinde Judaens, Turca, Ethnicus, Christianus, aut Naturalista.* An non praecipimur de Deo sentire in bonitate, omnesque animi nostri affectus quantumvis intimos, et reconditos ex praescripto Divinae Legis moderari? An qui prave sentiat, innocens fuerit coram Deo, qui corda scrutatur, et renes? An

(2) Consulito, si libet, praeter Verteres Christianae Religionis Apologistas, Cerbonium *De Jure, et legum disciplina* lib. XIII. Tom. I. pag. 480. seqq. Hal-

lerium in dissertatione *de Irreligione*, et alios, qui novos Incredulos libris gravissimis conciderunt.

vero quisque, quantumvis animo pessime affectus, hoc ipso beatus reputabitur, quod ab exteriori flagitio manum cohibeat, dum factis probitatem simulat, quam non habet, mentitur ipse sibi, proximis, ac Reipublicae illudit, partemque sibi ponit cum hypocritis? Jam quae gravior, quae atrocior contumelia conjici potuit in Auctorem Fidei, et Consummatorem Jesum, quam ut Judaica perfidia, foeda Mahumetanorum immanitas, Ethnica superstitio, inconstans aequae ac impia vanitas Naturalistarum una cum Christiana, plena sanctitatis professione congerantur in unum, eique per summam turpitudinem exaequantur? Misera, nec unquam satis deploranda stultitia, quae in quorumcumque errorum portenta pari aequabilitate vertit sese, et accommodat; dumque nullam (b) respuit falsitatem, hoc ipso servire omnium erroribus vincitur! Sic in dies multiplicantur qui tribulant Nos, qui insurgunt adversus Nos. Non tamen eos oderimus, per quos exercentur, quorum quamdiu hic sunt, non est desperanda correctio. Quin potius bonum pro malo reddentes, enixis precibus Omnipotentem Deum, cujus in manu positae sunt omnium voluntates, orare non desinamus, ut aliquando ipsi convertantur, et Nobiscum exercentur. Adaperiat Deus corda eorum, ut, monente Augustino (c), intelligant: *Neque in confusione Paganorum, neque in purgamentis Huereticorum, neque in languore Schismaticorum, neque in caecitate Judaeorum quaerendam esse Religionem, sed apud eos solos, qui Christiani Catholici, vel Orthodoxi nominantur, id est integritatis custodes, et recta sectantes.* Nos vero, quos de tenebris in admirabile lumen suum Christus vocare dignatus est, teneamus Confessionem (d): *Teneamus Mediatorem nostrum, in quo sunt omnes Thesauri sapientiae, atque scientiae absconditi, ut neque falsae Philosophiae loquacitate seducamur, neque falsae Religionis superstitione teneamur.*

Ergo Fratres (Vos verbis alloquimur, quibus olim Gregem suum Praesul, et Ecclesiae Pater, doctrina aequae ac vitae sanctitate insignis Maximus Taurinensis (e) ad Fidei constantiam hortabatur, cujus nos eximia Opera, et plura adhuc latentia, quo plus prodesse, diligenti stu-

(b) S. Leo Serm. 1. de Nat. SS. Petri, et Pauli.

(c) De vera Religion. C. 5.

(d) Id. de Genesi ad Litter. I. i. C. 11.

(e) Homil. IX. inter Hiemal.

dio recognosci, et in lucem edi (3) curavimus), ergo Fratres, ineluctabili Fide, ac devotione solita, Sacerdotis tot semper monitis inhaerentes, per Religiosi itineris vias, ac veritatis semitas, quas universa tenet Ecclesia, gradientes, magis magisque Haereticorum devia, et diabolica calcate fragmenta.

Ne vero exitiosi Opusculi contagione fundet se latius, quae calamitosis hisce temporibus heu nimium invalescit, serpitque ut cancer proterva de Religione indifferenter opinandi licentia; ne, quod absit, quempiam vel ex minimis, qui Nostrae curae crediti sunt, seducat cor pravam incredulitatis discedendi a Deo vivo, pro Pastoralis officii Nostri munere, cum omni sollicitudine providere cupientes, hunc ipsum Libellum latine verti, et complurium in sacra Theologia Magistrorum examini subjici mandavimus; quorum habitis consulationibus, auditisque suffragiis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana adversus haereticam pravitatem Generalium Inquisitorum, Motu proprio, et ex certa scientia Nostra, deque Apostolicae potestatis plenitudine antedictum Libellum, *Universalis Professio Fidei omnium Religionum 1784. sano Homini intellectui dicata*, tanquam continentem doctrinam, et propositiones respective falsas, temerarias, scandalosas, perniciosas, erroneas, impias, haeresi faventes, haereticas, totiusque revelatae Religionis subversivas, damnamus, ac pro damnato, et reprobato in perpetuum haberi volumus, atque decernimus.

Praecipimus insuper, ne quisquam ex Christifidelibus cujuscumque gradus, et dignitatis, quamvis specialissima nota dignis, Libellum praedictum jam typis editum, sive manu conscriptum, vel in suo Originali, vel in quacumque alia versione legere, retinere, vel denuo imprimere, seu imprimi facere audeat, aut praesumat sub poena suspensionis a divinis quantum ad Personas Ecclesiasticas; quantum vero ad Personas Saeculares sub poena excommunicationis majoris ipso facto absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, et respective relaxationem Nobis, et Successoribus Nostris Romanis Pontificibus reservamus, excepto dumtaxat, quoad Excommunicationem praedictam, mortis articulo, quo nimirum quilibet Confessarius ab hujusmodi Censura, ut praefertur, incursa absolvere poterit.

(3) Anno 1784. typis elegantissimis Sacr. Congr. de Propaganda Fide.

Mandamus quoque Bibliopolis, ac Typographis, caeterisque omnibus, et singulis cujuscumque gradus, conditionis, et dignitatis Personis Ecclesiasticis, Saecularibus, etiamsi speciali, et individua mentione indigeant, ut quatenus praedictus Libellus vel in suo Originario, vel in quocumque idiomate impressus, vel etiam manuscriptus, ad eorum manus devenerit, statim deferre illum teneantur Ordinariis Locorum sub eisdem suspensionis a Divinis comminatis poenis, ac respective excommunicationis.

Ut autem eadem praesentes Litterae ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam praetexere possit, volumus, et mandamus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, et Cancellariae Apostolicae, nec non Curiae Generalis in monte Citatorio, et in acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Cursoribus nostris, ut moris est, publicari, illarumque Exempla ibi affixa relinqui. Sic vero publicatas perinde afficere omnes, et singulos, quos concernunt, ac si unicuique illorum personaliter notificatae, et intimatae fuissent. Ipsarum autem Litterarum praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eandem fidem tam in Judicio, quam extra illud ubique Locorum haberi, quae iisdem praesentibus haberetur, si forent exhibitae et ostensae. Datum Romae apud S. Mariam Majorem die XVII. Novembris MDCCLXXXIV. Pontificatus Nostri Anno X.

I. Card. de Comitibus.

Anno a Nativitate Domini N. JESU CHRISTI Millesimo septingentesimo octuagesimo quarto, Indictione secunda, die vero vigesima nona Novembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, et D. N. D. PII Divina providentia PAPAE VI. Anno Decimo, supradictae Litterae Apostolicae affixae, et publicatae fuerunt ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, Curiae Generalis in Monte Citatorio, et in Acie Campi Florae, ac in aliis locis solitis, et consuetis Urbis per me Petrum de Ligne Apostolicum Cursorem.

Jacobus Butti Mag. Curs.

VIII.

SS. D. N. D. PII

DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ VI.

Litterae quibus damnatur, et prohibetur Liber Germanico idiomate editus, cui Titulus *Was ist der Pabst?* Graece autem *Τί ἐστὶν ὁ Πάπας?* Latine autem: *Quid est Papa?* Viennae apud Josephum Edlen de Kurzbeck 1782.

PIUS PAPA SEXTUS

Ad futuram rei memoriam.

Super soliditate Petrae fundatam a Christo Ecclesiam, Petrumque singulari Christi munere prae caeteris electum, qui Vicaria potestate Apostolici Chori Princeps existeret, totiusque adeo Gregis pascendi, Fratres confirmandi, totoque Orbe ligandi, ac solvendi (1) summam curam, auctoritatemque in Successores omni aevo prorogandam susciperet, DOGMA CATHOLICVM EST, quod ore Christi acceptum, perenni Patrum praedicatione traditum, ac defensum, Ecclesia universa omni aetate sanctissime retinuit, saepiusque adversus Novatorum erro-

(1) Inficetus ille scurra qui sub Ioannis Mariae Mastripierii nomine latere voluit pag. 18. seq. cum haec adversarii sui verba attulisset: „ senza ingiuria della Fede non può negarsi, che „ il proprio Sacerdote inteso dal Canone non sia il Papa in tutta la Chiesa „ sa, e il Vescovo nella sua Diocesi „ inquit: „ Voi potevate lasciar da parte il Papa, che senza i motivi additati „ dai Canonici non può esercitare i doveri „ della sua Primazia, e molto meno come Vescovo di Roma può senza l'assenso necessario ingerirsi in aliene „ Diocesi delle Funzioni Vescovili, o „ Parrocchiali. Mi direte che vi riu-

„ scirà ottener da Roma la licenza di „ confessar le Monache anche a dispetto „ te, e contro voglia del vostro legittimo Vescovo. Manca le cose che non „ si ottengono da Roma: ma su gli abusati „ si di autorità che volete fondare un „ diritto? „ O praecclarum Guillelmi de Sancto Amore, Ioannis de Poliacco, et Petri de Osma &c. discipulum! Ne quis autem Anonymum hunc Auctorem ejusque symmistas a nobis per injuriam Guillelmi de Sancto Amore, Ioannis de Poliacco, et Petri de Osma discipulos appellari censeat, placet horum errores ex Constitutionibus Rom. Pontif. Clementis IV., Ioannis XXII., et Sixti

res Summorum Pontificum , Conciliorumque Decretis confirmavit . In

IV. recitare. Sic autem recipimus fore, ut, qui novorum Dogmatistarum libellos evolverit, damnata illorum, quos indicavimus dogmata in istis summa temeritate proponi Fidelibus perspiciat. Igitur Clemens IV. Const. Cum olim. Bullarii Ord. Praed. Tom. I. pag. 352. seq. Instrumentum affert ex quo constat Ottonem de Duaco, et Christianum Be-luacensem de Sedis Apostolicae mandato edito juramento pollicitos, quod tam in Romana Curia, quam Parisius, bona fide, ac sine fraude non ad-jiciendo aliquid scienter, quod sapiat aliquid principaliter, vel consequenter, sed ita, quae eis in hoc articulo injunguntur, praedicent publice, et in Civitate Parisiens. pluries, et in diversis locis, et asseverent fideliter. in ipsis praedicationibus infrascripta: scilicet, quod reprobant bellum in ipsis praedicationibus, qui nuper fuit per Summum Pontificem condemnatus, et errores in ipso contentos qui sunt contra infrascripta, quae in ipsis praedicationibus asserant, et affirmant, videlicet, de potestate Romani Pontificis, quod possint Praedicatores, et Confessores mittere ubique per mundum juxta suae beneplacitum voluntatis sine consensu inferiorum Praelatorum quorumcumque, seu Parochialium Sacerdotum. Item quod Archiepiscopi et Episcopi in suis Dioecesibus licentiam dare possunt praedicandi, ac confessiones audiendi, sine consensu inferiorum Sacerdotum, vel Rectorum Ecclesiarum, cum viderint expedire. Quodque Praedicatores, et Confessores sic missi, possunt libere praedicare, et licite confessiones audire, ac absolvere Poenitentes: Item quod sta-

tus mendicitatis propter Christum est status salutis, et perfectionis: Item quod Religiosi pauperes, qui omnia relinquunt propter Christum possunt mendicando acquirere victum suum sine labore manuum, etiamsi sint validi corpore, maxime qui student, verbo Dei legendo, disputando, praedicando. Item quod ea, quae continentur in libello praedicto, quibusdam articulis a Magistro Christiano praefato confectis, quae explicitae, vel implicite videbantur, seu poterant in praedictorum Ordinum infamiam redundare, sicut de pseudo-prophetis, apostolis, et nuntiis Antichristi, de penetrantibus domos, et periculis novissimorum temporum, non intelligunt, nec intellexerunt de Fratribus Ordinum Praedicatorum et Minorum, quod tales ipsi sint, vel fuerint, vel etiam sint futuri: sed fateantur, Ordines ipsos esse bonos, et ab Ecclesia approbatos, et inter cetera asserant, et affirmant, quod Deus hoc ipsum per manifesta indicia nostris temporibus comprobavit, nonnulla miracula scilicet, quae per Sanctos utriusque Ordinis, Sanctorum catalogo, legitime, fideliter, ac rite adscriptos, est misericorditer operari dignatus. Ioannes XXII. in Constit. Vas Electionis. Bullarii ejusdem Tom. II. pag. 152. hos Ioannis de Poliano articulos: Primo... quod confessi Fratribus, habentibus licentiam generalem audiendi confessiones teneantur eadem peccata, quae confessi fuerant, iterum confiteri proprio Sacerdoti; secundo quod stante statuto: omnis utriusque sexus: edito in Concilio Generali, Romanus Pontifex non potest facere, quod parochiani non tenean-

hoc scilicet Apostolicae Cathedrae Principatu firmum voluit Christus; constrictumque teneri unitatis vinculum, quo Ecclesia per universum Mundum propaganda, ex membris quantumcumque dissitis, mutua omnium in uno Capite consociatione, in unam corporis compagem coalesceret, fieretque adeo, ut hujus vis potestatis non tantum ad primae Sedis amplitudinem, sed et maxime ad corporis totius integritatem, incolumitatemque valeret. Minime proinde mirum, quotquot omnibus retro saeculis extitere, quibus antiquus humani generis hostis hostile suum in Ecclesiam odium infudit, in hanc primum Sedem irruere consuevisse, qua unitatis firmitas continetur, ut disjecto, si fieri posset, fundamento, ac dirempta Ecclesiarum cum Capite conjunctione, qua

„ tur confiteri omnia sua peccata semel
„ in anno proprio Sacerdoti, quem di-
„ cit esse Parochialem Curatum; immo
„ nec Deus posset hoc facere, quia,
„ ut dicebat, implicat contradictionem.
„ Tertio quod Papa non potest dare ge-
„ neralem potestatem audiendi confes-
„ siones, imo nec Deus, quin confes-
„ sus habenti generalem licentiam te-
„ neatur eadem iterum confiteri suo pro-
„ prio Sacerdoti, quem dicit esse, ut
„ praemittitur, Parochialem Curatum. „
„ et quemlibet eorum tamquam falsos,
„ et erroneos, et a doctrina sana devios
„ auctoritate Apostolica damnavit, et im-
„ probavit, doctrinam ipsis contrariam ver-
„ ram esse, et Catholicam asserens. Po-
„ stremo Sixtus IV. Const. Licet ea. Con-
„ cil. Tom. XIX. col. 378. seqq. confir-
„ mat Acta ab Archiepiscopo Toletano,
„ qui in Synodo Pontificis jussu habita „
„ declaravit illas (col. 380.) proposi-
„ tiones per quas Petrus de Osma et
„ ejus sequaces praedicti pertinaciter
„ affirmare non verentur, Confessionem
„ peccatorum, ex universalis Ecclesiae
„ realiter statuto, non divino jure com-
„ pertum fore: et peccata mortalia quo-
„ ad culpam et paenam alterius saecu-
„ li, absque confessione, sola cordis
„ contritione; pravos vero cogitationes

„ sola displicentia deleri: et quod
„ confessio secreta sit, necessario non
„ exigi: Et non peracta poenitentia con-
„ fitentes absolvi non debere: et Roma-
„ num Pontificem Purgatorii paenam re-
„ mittere, et super his quae universa-
„ lis Ecclesia statuit dispensare non pos-
„ se. Sacramentum quoque poenitentiae,
„ quantum ad collationem gratiae, na-
„ turae, non autem institutionis novi
„ aut veteris Testamenti existere...
„ falsas, sanctae Catholicae Ecclesiae
„ fidei contrarias, erroneas, et scanda-
„ losas, ac a fidei veritate alienas, ac
„ Sanctorum Patrum decretis, et Apo-
„ stolicis constitutionibus contrarias fo-
„ re, manifestam haeresim continere,
„ dictarum litterarum et per illas sibi
„ concessae facultatis vigore declaravit,
„ et pro talibus haberi, et reputari de-
„ bere decrevit. „ His adde proposi-
„ tiones ab Alexandro VIII. rejectas num.
„ XX. „ Confessiones apud Religiosos
„ factae, pleraeque vel sacrilegae sunt,
„ vel invalidae „. Et num. XXI. „
„ Parochianus potest suspicari de Men-
„ dicantibus, qui eleemosynis commu-
„ nibus vivunt, de imponenda nimis le-
„ vi, et incongrua poenitentia, seu sa-
„ tisfactione, ob quaestum, seu lu-
„ crum subsidii temporalis „.

porissimum nituntur, vigent, ac efflorescunt, ipsammet Ecclesiam fractis viribus misere afflictam, ac dilaceratam, libertate spoliarent, qua Christus eam donavit, indignaeque servituti addicerent.

Hos inter, paucos ante annos, procacis vir ingenii, damnatis dudum opusculis (2), nimium jam notus *Eybel*, novo exemplo infesti sui in Nos, et Apostolicam hanc Sedem animi testimonium edidit: qui nempe audito nuntio itineris a Nobis Religionis causa suscepti, libellum suis popularibus obtrudere properavit, hac inverecunda inscriptione: *Quid est Papa?* quo plenum illud pietatis studium, quod adventus Nostri expectatio commoverat, restingueret; ipsumque decus Pontificiae Dignitatis in Sacerdotalis Ordinis invidiam, popularisque coetus contemptum adduceret. Non tamen passus est misericors Deus, improbi eum voti compotem fieri; quippe tanta ipsorummet suorum, quos abalienare a Nobis studuerat, celebritate, et frequentia, tanta omnium Ordinum gratulatione, ac plausu excepti (3) sumus, prorsus ut perspicuum fieret, quamquam nullis Nostris meritis in Petri Sedem, Divina disponente Providentia, eveci sumus; Divino tamen Numinis ejusdem consilio provisum esse, ne honori, qui Petro debetur, Successoris indignitas obsesset.

Ac tum quidem abstinendum duximus a Libello merita damnatione notando; primum ne suspicacioribus, qui non desunt, hominibus, dolori potius Nostro indulsisse, quam officio paruisse videremur: dein quod oblivione protinus obruendum videri poterat Opusculum ejusmodi, quod tenue per sese nil momenti afferret praeter procaciorum quamdam in veteribus calumniis retexendis licentiam. Nuper vero cum acceperimus, levitate ipsa operis factum esse, ut, qui semper parati sunt superseminare zizania inimici homines, repetitis illud typis, nec patrio tantum sermone, sed et in alios plures, quin et in *Graecam* vulgarem linguam translatum longe, lateque divulgari curarent, hoc nimirum consilio, eaque spe inducti fore, ut scripti jocularis licentia non paucos ad legendum alliceret; Scriptoris in affirmando confidentia incautis, qui nec pauci sunt, illuderet; nullam nobis moram interponendam novimus,

(2) Vide Sanctissimi Domini Nostri litteras num. vi. hujus Appendicis allatas.

(3) Vide Acta a Sanctissimo Patre,

et Domino Nostro Pio Divina Providentia Papa Sexto causa itineris sui Vindobonensis anno MDCCLXXXII.

quominus gliscenti malo in dies, quantum in Nobis est, occurramus; omnique studio, et opera enitatur, ut qui pacem, et unitatem Ecclesiae scindere quaerunt (utinam non domestici hostes (4)) ad saniora

(4) Qui veram domesticorum hostium a quibus editis libellis Ecclesia et superioribus temporibus oppugnata est, et nostra aetate oppugnatur, imaginem intueri cupit, legat quae S. Bernardus Claraevallensis Abbas de Arnaldo Brixienti famoso (mala utique fama) perditae istius de qua loquimur factionis primpilo scribit. Illud unum mihi inter Arnaldum et plerosque omnes ejus sectatores interesse videtur, quod ille disciplinam quam aliis ad ostentationem praedicabat, coluit, cum istorum autem oratione vita mirabiliter pugnet. Nam

... Curios simulant, et bacchanalia vivunt.

Ut Juvenalis Satyr. II. verba usurpem. Sed Sanctum Bernardum Brixientis illius veteratoris mores, ingenium, artes describentem audiamus. Igitur ipse epist. CLXXXIX. Edit. Ven. 1726. col. 183. num. 3. „ Procedit, inquit, Goliath „ procero corpore, nobili illo suo bello „ lico apparatu circummunitus, antecedente quoque ipsum ejus armigero Arnaldo de Brixia. Squama squamae „ conjungitur, et nec spiraculum incedit per eas. Siquidem sibilavit apis „ quae erat in Francia, api de Italia: „ et venerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus. Intenderunt arcum, paraverunt sagittas „ suas in pharetra, ut sagittent in obscuro rectos corde. In victu autem „ et habitu habentes formam pietatis, „ sed virtutem ejus abnegantes, eo decipiunt plures, quo transfigurant se „ in angelos lucis, cum sint Satanae. „ Et epist. CXCIV. num. 1. seq. col. 188. „ Scitis quia fur de nocte irruerit do-

„ mum, non vestram, sed Domini; vos „ bis tamen commissam? Sed dubium „ esse non potest, scire vos, quod apud „ vos fit, quando id usque ad nos „ utique tam remotos potuit pervenire. „ Nec mirum, si non horam praevide- „ re, aut nocturnum furis ingressum ob- „ servare quivistis. Mirum autem, si „ deprehensum jam non agnoscitis, non „ tenetis, non prohibetis exportare spolia „ vestra, immo pretiosissimas Christi „ exuvias, animas videlicet, quas sua „ imagine praesignavit, suo cruore re- „ demit. Adhuc forsitan haeretis, et miramini, quemnam dicere velim. Arnaldum loquor de Brixia, qui utinam „ tam sanae esset doctrinae, quam di- „ strictae est vitae. Et si vultis scire, „ homo est neque manducans, neque „ bibens, solo cum diabolo esuriens, „ et sitiens sanguinem animarum. Unus „ de numero illorum, quos apostolica „ vigilantia notat, habentes formam pietatis, „ virtutem illius penitus abnegantes; et ipse Dominus: Venient, „ inquit, ad vos in vestimentis ovium, „ intrinsecus autem sunt lupi rapaces. „ Is ergo usque ad hanc aetatem, ubi- „ cumque conversatus est, tam faeda post se, „ et tam saeva reliquit vestigia, „ ut ubi semel fixerit pedem, illuc ultra redire omnino non audeat. Denique ipsam in qua natus est, valde atrociter commovit terram, et conturbavit eam. Unde et accusatus apud „ Dominum Papam schismate pessimo, „ natali solo pulsus est: etiam et ab- „ jurare compulsus reversionem, nisi ad „ ipsius Apostolici permissionem. Pro „ simili deinde causa et a Regno Francorum exturbatus est schismaticus in-

consilia revocentur, aut ne horum fallaciis irretiti bonarum etiam mentium Fideles ab Orthodoxae Fidei constantia in profanas insurgentium errorum novitates miserrime abducantur.

signis. Execratus quippe a Petro Apostolo, adhaeserat Petro Abaelardo: cujus omnes errores, ab Ecclesia jam deprehensos, atque damnatos, cum illo etiam, et prae illo defendere acriter, et pertinaciter conabatur etc. Et in his omnibus non est aversus furor ejus, sed adhuc manus extenta. Nam etiam ita vagus et profugus super terram, quod jam non licet inter suos, non cessat apud alienos, tamquam leo rugiens, circueiens et quaerens, quem devoret. Et nunc apud vos, sicut accepimus, operatur iniquitatem, et devorat plebem vestram, sicut escam panis. Cujus maledictione, et amaritudine os plenum est, veloces pedes ejus ad effundendum sanguinem: contritio et infelicitas in viis ejus: et viam pacis non cognovit. Inimicus Crucis Christi, seminator discordiae, fabricator schismatum, turbator pacis, unitatis divisor: cujus dentes arma, et sagittae, et lingua ejus gladius acutus. Molliti sunt sermones ejus super oleum, et ipsi sunt jacula. Unde et solet simili allicere blandis sermonibus, et simulatione virtutum divites et potentes, juxta illud: Sedet in insidiis cum divitibus in occultis, ut interficiat innocentem. Demum cum fuerit delictorum captata benevolentia, et familiaritate securus, videbitis hominem aperte insurgere in Clerum, fretum tyrannide militari, insurgere in ipsos Episcopos, et in omnem passim ecclesiasticum ordinem desaeuire. Hoc scientes, nescio an melius salubriusve in tanto discrimine rerum agere valeatis, quam juxta Apostoli monitum,

auferre malum ex vobis. Quamquam amicus sponsi ligare potius, quam fugare curabit: ne jam discurrere, et eo nocere plus possit. Hoc enim et Dominus Papa, dum adhuc esset apud nos, ob mala, quae de illo audiverat, fieri scribendo mandavit: sed non fuit qui faceret bonum. Denique si capi vulpes pusillas demolientes vineam Scriptura salubriter monet: num multo magis lupus magnus, et ferus religandus est, ne Christi irrumpat ovilia, oves mactet, et perdat? Et epist. CXCVI. num. 1. seq. col. 189. Arnaldus de Brixia, cujus conversatio mel, et doctrina venenum, cui caput columbae, cauda scorpionis est; quem Brixia evomuit, Roma exhorruit, Francia repulit, Germania abominatur, Italia non vult recipere; fertur esse vobiscum. Videte quaeso, ne vestra auctoritate plus noceat. Nam cum et artem habeat, et voluntatem nocendi, si accesserit favor vester, erit funiculus triplex, qui difficile rumpitur, supra modum (ut vereor) nociturus. Et unum existimo de duobus (si tamen verum est quod vobiscum hominem habeatis) aut minus scilicet notum vobis esse illum, aut vos (quod est credibilius) de ejus correctione confidere. Et utinam id non frustra. Quis det de lapide hoc suscitare filium Abrahae? Quam gratum munus susciperet mater Ecclesiae de manibus vestris vas in honorem, quod tamdiu passa est in contumeliam? Licet tentare: sed vir prudens cautus erit non transgredi praefinitum numerum ab Apostolo, qui ait: Haereticum hominem post unam

Et sane cum monente *Augustino* (a) in Cathedra unitatis posuerit Deus doctrinam veritatis ; contra infelix iste Scriptor nil non molitur , quo hanc Petri Sedem modis omnibus vexet , ac oppugnet , qua in Sede constitutam Patres unanimi sensu Cathedram eam coluere (b) , qua in una unitas ab omnibus servaretur ; e qua in reliquas omnes venerandae communionis jura dimanant (c) ; ad quam necesse sit omnem Ecclesiam , omnes , qui undique sunt , Fideles convenire (d) . Non ille veritus est fanaticam turbam appellare , quam prospiciebat ad aspectum Pontificis in has voces erupturam : Hominem eum esse , qui Claves Regni Coelorum , cum ligandi , solvendique potestate a Deo acceperit ; cui non alius Episcopus exaequari valeat , a quo ipsi Episcopi auctoritatem suam recipiant (*) , quemadmodum ipse a Deo supremam suam potestatem

„ et secundam correptionem devita-
„ sciens quia subversus est qui ejusmo-
„ di est , et delinquit proprio iudicio
„ condemnatus . . .

„ Deinde videtis qualia post se , u-
„ bicumque habitavit , reliquit vestigia .
„ Non sine causa vigor apostolicus ho-
„ minem Italia ortum transalpinare coe-
„ git , repatriare non patitur . Quis ve-
„ ro extraneorum , ad quos ejectus est ,
„ non eum omnimodis cuperet suis red-
„ didisse ? Et certe sic se habere ad
„ omnes , ut omnibus odio habeatur ,
„ approbatio iudicii est quod portat :
„ ne quis dicat subreptum fuisse domi-
„ no Papae . Quale est ergo summi
„ Pontificis suggillare sententiam , et il-
„ lam sententiam , cujus rectitudinem
„ ejus ipsius , in quem data est , etsi
„ lingua dissimulat , vita clamat ? Ita-
„ que favere huic , domino Papae con-
„ tradicere est , etiam et Domino Deo .
„ Per quemcumque enim justa senten-
„ tia juste detur , ab illo certum est
„ processisse , qui loquitur in Prophe-
„ ta : Ego qui loquor justitiam „ .

(a) Epist. 105. n. 16. Edit. Maur.

(b) Optat. Milev. Lib. II. Cap. II.
contra Parmen.

(c) Ambros. Epist. xi. num. 4.

(d) Iren. Lib. III. cap. 3.

(*) Id Eybelius in catholicos ja-
ctat , quos auder fanaticismi arguere . At
tale quidpiam cum catholici ipsi dixe-
rint , eo certe sensu , eaque significa-
tione dixere , qua S. Leo Magnus , dum
Epist. x. ad Episcopos per Viennensem
Provinciam constitutos Cap. iv. p. 38.
scriberet : „ Hujus muneris Sacramen-
„ tum ita Dominus ad omnium Apo-
„ stolorum officium pertinere voluit , ut
„ in B. Petro Apostolorum omnium sum-
„ mo principaliter collocarit , ut ab ip-
„ so , quasi quodam capite dona sua
„ velut in corpus omne diffunderet , ut
„ exortem se mysterii intelligeret esse
„ divini , qui ausus fuisset a Petri so-
„ liditate recedere . Et Serm. III. Cap. II.
pag. 8. Tom. I. S. Petrus „ ab ipso cha-
„ rismatum fonte tam copiosis est irri-
„ gationibus inundatus , ut cum multa
„ solus acceperit , nihil in quemquam
„ sine illius participatione transierit . . .
„ Huic viro consortium potentiae suae
„ tribuit divina dignatio , et siquid cum
„ eo commune ceteris voluit esse prin-
„ cipibus , numquam , nisi per ipsum
„ dedit quidquid aliis non negavit . In

accepit: Eundem porro Vicarium esse Christi, Caput Ecclesiae Visibile, Judicem Supremum Fidelium. An ergo, quod horribile dictu, fanatica fuerit vox ipsa Christi Claves Regni Caelorum cum ligandi, solvendique potestate Petro pollicentis, quas Claves communicandas caeteris, post *Tertullianum* (e), Petrum solum accepisse *Optatus Milevitanus* (f) profiteri non dubitavit? An fanatica dicenda tot solemnia, totiesque repetita Pontificum, Conciliorumve Decreta, quibus illi damnati sunt, qui negarent, in Beato Petro Apostolorum Principe Successorem ejus Romanum Pontificem constitutum a Deo Caput Ecclesiae Visibile, ac Vicarium Jesu Christi; ei regendae Ecclesiae plenam potestatem traditam, veramque ab omnibus, qui Christiano nomine censentur, obedientiam deberi; atque vim eam esse Primatus, quem *Divino jure* obtinet, ut caeteris Episcopis non honoris tantum gradu, sed et supremae potestatis amplitudine antecellat? Quo magis deploranda est praecipua, ac coeca hominis temeritas, qui tot Decretis damnatos (5) er-

„ Petro omnium fortitudo munitur, et
„ divinae gratiae ita ordinatur auxilium,
„ ut firmitas, quae per Christum Petro
„ tribuitur, per Petrum Apostolum
„ feratur „. Neque aliorum accipienda
haec sunt, quam S. Optatus Milevitanus
accepit, qui Lib. VII. Cap. III. pag. 101.
Edit. Antwerp. an. 1702. animadvertit:
„ Praeferrī Apostolis omnibus meruisse
„ (Petrum) et claves regni caelo-
„ rum communicandas ceteris solum
„ accepisse „. *Mamaebius*.

(e) Tertull. Scorpiac. cap. 10.

(f) Optat. Lib. VII. num. 3.

(5) Ex caenosis, ac putridis haereticorum et schismaticorum lacunis ex quibus haec Eybelius, e quoque deducta sunt, quae leguntur in „ Istruzione Pastorale di . . . sopra molte ed importanti verità della Religione o sia „ sulla sana dottrina num. xxiv., pag. 78. „ seq. cujus Instructionis Auctor primum Christi Domini ad Petrum verba Lucae cap. XXII. ver. 32. dolo malo truncat: deinde eorum quam affert, periocham

contra perspicuum orationis Christi sensum, & contra unanimum Patrum expositionem ad commenta inania sua confirmanda detorqueat. tum ita quae proponit piissimus, piissimi Quesnelli (Vide adnot. 5. ad Clementis XI. Lit. Append. num. I.) discipulus in *Compendiosis Resolutionibus ad casus conscientiae in Civitate ac Diocesi Pistoriensis anno 1786. discussos pag. 25. seqq.* quae quidem omnia quam falso impudenterque jactata sint, ostendunt clarissima Saeculi XIII. et proximorum monumenta a Raynaldo in Annalibus Ecclesiasticis, et a Wadingo in Annalibus Ordinis Fratrum Minorum allata; Bullaria Ordinis Fratrum Praedicatorum, & Fratrum Minorum, Opuscula Sanctorum Thomae Aquinatis, & Bonaventurae adversus Guilelmum a Sancto Amore ejusque asseclae & Admonitiones ipsis praemissae in Editione Romana 1773. adnotatio appositae Opusculo III. S. Bonaventurae ejusdem Editionis pag. 361. seqq., et quae de Braccio Martello Episcopo Fesulano in

rores infausto suo Libello instaurare studuerit; qui dixerit, ac per multas ambages passim insinuarit: Quemlibet Episcopum vocatum a Deo ad gubernationem Ecclesiae non minus quam Papam, nec minori praeditum esse potestate: Christum eandem per sese Apostolis omnibus potestatem dedisse: Quidquid aliqui credant obtineri, et concedi solum a Pontifice, posse, id ipsum, sive a consecratione, sive ab Ecclesiastica Jurisdictione pendeat, perinde obtineri a quolibet Episcopo: Voluisse Christum Ecclesiam Reipublicae more administrari: Ei quidem regimini opus esse Praeside pro bono unitatis, verum qui non audeat se aliorum, qui simul regunt, negotiis implicare; privilegium tamen habeat negligentes cohortandi ad sua implenda munia: Vim Primatus hac una praerogativa contineri supplendae aliorum negligentiae, prospiciendi conservationi unitatis hortationibus, et exemplo: Pontifices nil posse in aliena Dioecesi praeterquam extraordinario casu: Pontificem Caput esse, quod vim suam, ac firmitatem teneat ab Ecclesia: Licitum sibi fecisse Pontifices violare jura Episcoporum, reservareque sibi absolutiones, dispensationes, decisiones, appellationes, collationes Beneficiorum, alia uno verbo munia omnia, quae singulatim recenset, atque velut indebitas, ac Episcopis injurias reservationes traducit.

Atque ille quidem ad fidem suis hisce dictis non tam conciliandam, quam quoquo modo surripiendam, nomina longa serie praeterdit Sanctissimorum Patrum, quorum decerptis hinc inde, maleque adductis sententiis insigni fraude abutitur, dum ea loca recenset, quae faciunt ad commendationem Episcopalis Dignitatis, alia reticet, quibus illi singularem Pontificiae Potestatis praestantiam extulerunt. Qui, si adessent, impudentem hominis calumniam ea voce refellerent, qua Sedis Apostolicae Principatum, suumque in eam obsequium non praedicarunt modo, sed et immortalibus Scriptis ad omnem futuri temporis memoriam testatum reliquerunt: *Cyprianus* ipse (g), cujus haec sunt verba: Deus unus est, et Christus unus, et una Ecclesia, et Cathedra una super Petrum Domini voce fundata: Qui Petri Cathedram

Historia Concilii Tridentini a Cardinali Pallavicino composita lib. vii. cap. iv. narrantur. Confer Cl. Mamachii epistolas ad Auctorem Anonymum Opusculi in-

scripti, *Quid est Papa?*

(g) Epist. 43. al. 40. et insuper Epist. 55. al. 52.

proficitur Ecclesiam principalem, unde unitas Sacerdotalis exorta est, ad quam perfidia non possit habere accessum (h).

Chrysostomus (i) aperte declarans, potuisse Petrum jure suo Successorem in proditoris locum eligere: Quo jure ex Primatu ducto Petrus ipse deinceps, primique Petri Successores usi sunt, dum per omnem Occidentem Ecclesias fundarunt, eisque vel ante omnem Synodum Episcopos praefecerunt, quibus Gregis regendi portionem assignarunt, tum definitis regionibus unam Sedem designarunt, cujus Antistes caeteris Apostolica auctoritate praesideret. De qua Ecclesiarum institutione *Innocentius I.* (k) velut de re manifesta testimonium edidit luculentissimum, quo intelligere quisque valeat, Pontificiam Auctoritatem non ex constituta ante per Synodos Disciplina prodiisse, sed constitutae per Synodalia Decreta Disciplinae praeluxisse (l). Quem etiam Pontificem, compertum est, Antiochenam Ecclesiam, Caput Orientalis Dioeceseos Decretis suis ordinavisse.

Epiphanius (m) qui Ursacium, et Valentem poenitentia ductos testatur Julio Romano Pontifici libellos obtulisse, quibus errorem suum deprecarentur, atque ad communionem, et poenitentiam admitterentur.

Hieronymus (n), cui profanus erat quicquid non Cathedrae Petri communi-
one consociaretur, super quam Petram sciret aedificatam Ecclesiam, atque adeo ab uno Damaso in gravissimis concertationibus, ut loquendi, ita et communicandi auctoritatem sibi dari efflagitabat.

Augustinus (o), qui se in Scripturis Sanctis testatur didicisse, Primatum Apostolorum in Petro excellenti gratia praeceminere: Illum Apostolatus Principatum cuilibet Episcopatu praefendum: Romanam Ecclesiam, Petri Sedem, eam esse Petram, quam non vincunt superbae Inferorum Portae. Quo alia refellitur Scriptoris calumnia, dum Petrae nomine, super quam Christus aedificavit Ecclesiam suam, non Personam, sed fidem, aut confessionem Petri vult potius esse intelligendam, quasi Patres ii, qui pro mira fecunditate Scripturae, Petrae vocabulum eo

(h) Epist. 59. al. 55.

(i) Homil. 3. in cap. 1. Act. Apostolor.

(k) Epist. ad Decent. Eugub.

(l) Epist. ad Alex. Antioch.

(m) Haeres. 68.

(n) Epist. 57.

(o) Lib. 1. de Bapt. cap. 1.

quoque retulerunt, litteralem illum sensum, quo ad Petrum ipsum directe refertur, deseruerint, ac non etiam apertissime retinuerint. sic et Magister Augustini *Ambrosius* (p): „ Ipse est Petrus, cui dixit: *Tu es Petrus, et super hanc Petram aedificabo Ecclesiam meam*: Ubi ergo „ Petrus, ibi Ecclesia „. Haec una vox Patrum, haec Doctorum perpetuata traditio, quam ex majoribus collectam paucis hisce verbis complexus est, Eugenium alloquens, *Bernardus* (q) „ Tu es cui Claves „ traditae, cui Oves creditae sunt ... habent alii assignatos sibi greges „ singuli singulos: Tibi universi crediti, uni unus. Nec modo Ovium, „ sed et Pastorum. Tu unus omnium Pastor „. Hoc lacte Doctrinae nutriti sunt quocquot in Ecclesia Christi adoleverunt: hoc, si recordari volent, a pueritia imbuti, quotquot nunc omni vento doctrinae circumferri se patiuntur. Semper ex Evangelio proditum, pascendas Oves Petro a Christo commendatas, non item Petrum Ovibus pascendum.

Nec vero a Patrum traditione Synodi Œcumenicae (r) unquam recessere. *Calcedonenses Patres* Petro se audientes praebuere per os Leonis loquenti; nec a quovis Antistite, sed ab Leone tanquam Capite cum implorata confirmatione, actionum suarum firmitatem noverunt esse repetendam.

Octava generalis Synodus (s) *Actione prima* perlectum libellum probavit, seu formulam, qua post preclara multa de Romani Pontificis auctoritate perscriptum erat, qui sequestrati essent *a communione Ecclesiae Catholicae, idest non consentientes Sedi Apostolicae, eorum nomina inter Sacra non recitanda esse Mysteria*. Quin praeterea cum statuendum superesset de nonnullis Dispensationibus, quas utilitas Ecclesiae exposcere maxime videbatur, impartienda veniae facultatem sumere sibi Patres ausi non sunt: verum eam per Patriarcham Ignatium implorandam duxere a Sede Apostolica, quam proinde agnovere, non ipsos Patriarchas, relaxandorum Canonum potestate pollere.

Magna *Lateranensis Synodus* IV. Cap. 5. (t) Romanam Ecclesiam tradit, disponente Domino, super omnes alias ordinariae potestatis obtine-

(p) Enarrat. in Psal. 40. num. 30.
et Hymno I.

(q) Lib. II. de Consid. cap. 8.

(r) Ann. 451.

(s) Ann. 869.

(t) Ann. 1215.

re Principatum, utpote universorum Christifidelium Matrem, et Magistram.

In *Lugdunensi II.* (u) edita est Graecorum Fidei professio, qua se recognoscere testantur: Romanam Ecclesiam summum, et plenum Primatum, et Principatum super universam Ecclesiam Catholicam obtinere, cumque ab ipso Domino in Beato Petro Apostolorum Principe, sive vertice, cujus Romanus Pontifex est Successor, cum potestatis plenitudine recepisse. Quas superiores Synodos (x) subsecuta deinceps *Florentina* Catholicum Primatus Dogma celebri Decreto sancivit.

Divino eodem spiritu afflati *Tridentini Patres* (y) declararunt *Pontifices Maximos pro Suprema potestate sibi in Ecclesia universa tradita, Causas aliquas criminum graviore suo potuisse peculiari iudicio reservare.* Quam adeo potestatem per omnes Ecclesias sese fundentem, atque ad alia ejusdemmodi munia, quae libelli Auctor explodere perperam nititur, ex aequo pertinentem, non aliunde adscitam, non ab inferioribus ad Pontifices delatam, sed Primatui ordinario jure insitam, cuique fatendum est, qui coelestem Synodorum sapientiam, humanae inscitiae disputationibus non dubitet longe praeponendam.

Apellat *EYBEL Constantiense Concilium* (z) At meminisse ipsum oportuerat, damnatos in eo errores fuisse, cum Wicleffi agentis non esse de necessitate salutis credere Romanam Ecclesiam esse Supremam inter alias Ecclesias, nec Papam esse proximum, et immediatum Christi Vicarium; tum Johannis Hus, Petrum non esse, nec fuisse Caput Ecclesiae Sanctae Catholicae. Quibus erroribus sanorum verborum formam opponens *Martinus V.* praescipit interrogandos, qui de his suspecti essent, utrum credant, B. Petrum fuisse Vicarium Christi, habentem potestatem ligandi, ac solvendi super terram. *Item* Papam canonicè electum Successorem esse Beati Petri habentem Supremam Auctoritatem in Ecclesia Dei: *Item* Papam omnibus Christianis posse concedere Indulgentias; singulos porro Episcopos suis subditis secundum limitationem Sacrorum Canonum. Quo plane refutatur istius error, dum perperam disserens de Indulgentiis, scribere ausus est, quemlibet Epi-

(u) Ann. 1274.

(x) Ann. 1439.

(y) Sess. XIV. cap. 7.

(z) Ann. 1414.

scopum, pari modo atque Papam, posse Indulgentias concedere. Quae Patrum, Synodorumve Documenta, quisquis aequo, pacatoque animo paullo attentius introspexerit, sentiet profecto, longe praestantiorum auctoritatem comprehendere, quam quae aut meri *directorii*, ut vocant, *finibus*, aut hortandi, monendi, supplendi munere continetur.

Quin et ipsi Basileenses in Synodali Responso (aa) ad Tarentinum Episcopum palam declarant, fateri se, et credere, Romanum Pontificem Caput esse, et Primatem Ecclesiae, Vicarium Christi, et a Christo, non ab hominibus, vel Synodis aliis praelatum, et Pastorem Christianorum, cui datae sunt a Domino Claves, et uni dictum *Tu es Petrus*, et solum in plenitudinem potestatis vocatum esse, alios in partem sollicitudinis. Quo magis pudere ipsum deberet impotentis audaciae, qua eam potestatis plenitudinem infirmare aggreditur, quam Basileenses inter Doctrinae capita referunt adeo nota, et pervulgata, ut nec opus foret ea percensere. Et sane quod supra dictum ab Augustino retulimus, in Romana Sede semper viguisse Apostolicae Cathedrae Principatum; huncque Apostolatus Principatum cuilibet Episcopatu praefendum, cum aliis multis, tum et hac insigni nota cernitur, quod Petri Successor, hoc ipso quod in Petri locum succedit, assignatum sibi habeat jure Divino Christi Gregem universum, ut simul cum Episcopatu potestatem accipiat universalis regiminis: Caeteris porro Episcopis suam cuique peculiarem Gregis portionem non Divino, sed Ecclesiastico jure, non Christi ore, sed hierarchica ordinatione assignari opus sit, ut ordinariam regiminis potestatem explicare in eam valeat. Cujus assignationis summam auctoritatem quisquis Romano Pontifici abjudicare volet, eum necesse est in legitimam tot in orbe toto Episcoporum successionem invadere, qui Ecclesias Apostolica Auctoritate de integro fundatas, aut ab aliis divulsas, aut invicem unitas regunt, ad easque regendas a Romano Pontifice missionem acceperunt; ut proinde sine ingenti Ecclesiae perturbatione, ipsiusque Episcopalis Regiminis discrimine tentari nequeat magnum hoc, et mirabile potentiae consortium, Divina dignatione Petri Cathedrae tributum, ut quemadmodum a *Leone Magno* (bb) dictum est, omnes proprie regat Petrus, quos principaliter regit et Christus; et si quid Christus commune cum Petro caeteris vo-

(aa) Sess. V.

(bb) Serm. III. in Anniv. suae Assumpt.

luit esse Principibus, numquam nisi per ipsum dedit quidquid aliis non negavit.

Laudat Gallicanos Praesules, Gallicanos Doctores: Frustra omnino. Quos etenim ex his cogitat ille sibi suffragatores adsciscere? Vestustiores ne, an aut qui medio aevo, aut recentiore memoria, in ea inclita Ecclesia pietati, doctrinaeve laude florere? At inter veteres illos, ut paucos ex multis proferamus, audire illum non pigeat *Caesarium Arelatensem*, *Avitum Viennensem*, quorum ille supplici Libello Symmachum Papam alloquitur: „ Sicut a Persona B. Petri Episcopatus „ sumit initium, ita necesse est, ut disciplinis competentibus Sanctitas „ Vestra singulis Ecclesiis, quid observare debeant, evidenter ostendat „. *Avitus* vero ad *Hormisdam* „ Quaesumus, ut quid Filiis vestris, „ Fratribus meis, idest Gallicanis, si consulant, respondere debeam, „ instruat (cc), quia jam securus, non dicam de *Viennensis*, „ sed de totius Galliae devotione pollicear, omnes Vestram super statu „ Fidei captare sententiam „. *Aurelianenses Patres*, qui canonicam formam in Metropolitanorum electione servandam ex Apostolicae Sedis Decretis repetunt (dd).

Audiat ex medio aevo *Hincmarum Remensem* (ee), qui, cum testatur, se erga Sedem Apostolicam omnium Ecclesiarum Matrem, ac Magistram, ejusque Rectores fidelem semper, atque subjectum in omnibus extitisse, hoc ipso quod videri voluit, quid Apostolicae Sedi, debeatur, ac deberi sentiat; manifeste declarat: Tum et *Ivonem Carnotensem* graviter eorum audaciam coarguentem, qui contra Sedem Apostolicam caput erigunt (ff), *cujus judicii, et constitutionibus obviare, plane est haereticae pravitatis notam incurere: ad quam principaliter, et generalissime pertineat tam Metropolitanorum, quam caeterorum Episcoporum consecrationem confirmare, vel infirmare; constitutiones et judicia retractare, suas vero inconcussas detinere, et nullius inferioris judicio retractandas, vel corrigendas concedere. Quod idem Gelasii quoque auctoritate comprobatur.*

Quod si ab illa vetustate ad propria tempora progredimur, (gg) latere illum non debere gravissimae censurae adversus famosum Spa-

(cc) Ep. 37. Tom. x. Edit. Ven. col. 346.

(dd) Ann. 583. can. 3. (ff) Epist. 8. ad Richer. Senonen.

(ee) Ep. ad Nicol. PP. apud Labb. (gg) Ann. 1617.

latensem Apostatam ab insigni Theologica Facultate Parisiensi latae, in quibus praeformatam libelli sui damnationem perspicere facile potuisset. Hi scilicet fuere Spalatensis errores, quibus illa haereticae, ac schismaticae pravitatis notam inurendam non dubitavit: „ Disparitatem, „ potestatis inter Apostolos esse humanum inventum in Sacris Evange- „ liis, et Divinis Novi Testamenti Scripturis minime subsistens: „ (quam haeticam, et schismaticam declarat, de Jurisdictione Aposto- „ lica Ordinaria, quae in solo Divo Petro subsistebat, intellectam.) „ In „ Ecclesia non dari unum Caput Supremum, et Monarcham praeter „ Christum: „ Episcopos omnes simul, et in solidum eandem rege- „ re Ecclesiam singulos cum plena potestate: „ Romanam Ecclesiam „ praecipuam fuisse, et esse nobilitate, existimatione, nomine, et di- „ gnitatis auctoritate, non regiminis, et jurisdictionis principatu, (quam dicit haeticam, & Schismaticam quatenus aperte insinuat, Romanam Ec- „ clesiam jure Divino auctoritatem in alias Ecclesias non habere) „: Unum „ quemque Episcopum jure Divino esse universalem: „ Monarchiae formam „ non fuisse immediate in Ecclesia a Christo institutam: „ Falsum esse, „ unionem Ecclesiae Catholicae in unitate Rectoris Visibilis consiste- „ re: „ Cumque Spalatensis subjunxisset, Parisiensium doctrinam, „ enucleate intellectam, nihil a sua discrepare, impactam sibi calumniam „ continuo illi refutarunt, *velut meram contra Facultatem Parisiensem im- „ posturam.*

Praeclarum etiam, atque ut allatae Parisiensium Doctorum sententiae, sic et constanti Majorum suorum traditioni plane consentaneum de Romani Pontificis Primatu testimonium edidere Gallicani Praesules in Comitibus anno 1681. „ Caput est, inquiunt, Ecclesiae, centrum uni- „ tatis. Obtinet ille in nos Primatum auctoritatis, et jurisdictionis si- „ bi a Christo Jesu in persona S. Petri collatum. Qui ab hac verita- „ te dissentiret, schismaticus, immo et haeticus esset.

Quin et Libelli Auctori non prorsus ignota fuere, petita ex omni Antiquitatis memoria de Romano Primatu luculentissima documenta. Quo magis prodit sese pertinax illius adversus Romanam Sedem contentio, qui cum splendida illa Patrum testimonia obscurare, ac delere non posset; ea veritus non sit per summam impudentiam velut allegorias male intellectas traducere, indeque factum ex parte esse, ut longa saeculorum serie creditus sit Papa is esse, qui non est, quasi Sanctissi-

mi Patres, quos Ecclesiae suae Deus dedit Pastores, et Doctores, in re gravissimi momenti, quae ad Ecclesiae constitutionem pertinet, communi sensu aut erraverint ipsi, aut errandi causam Fidelibus objecerint, ac non potius nefarii erroris convictus teneatur, qui de Romano Pontifice aliter credendum statuat, quam tot saeculorum continuata successione creditum sit.

Atque haec quidem, Praedecessorum Nostrorum paribus in causis exempla secuti, paullo latius, ut muneris Nostri ratio postulat, exponenda duximus, non Nostra, sed animarum lucra quaerentes, solliciti servare unitatem in vinculo pacis; in id intenti, ut patefactis eorum fraudibus, qui Patrum nomine ad pervertendas Patrum sententias abutuntur, omnes intelligant, nil Patribus ipsis antiquius fuisse, quam ut unitas ab omnibus in ea Cathedra servaretur, quae una est caeterarum omnium a Christo constituta Mater, et Magistra.

Unum certe Ovile Christi Ecclesia est, cujus unus Supremus Pastor, Christus ipse regnans in Coelis, unum quoque sui Vicarium Supremum in terris Visibilem Pastorem reliquit, in cujus voce, Christi vocem oves audirent, ne seductae alienorum vocibus in venenata quaeque, ac mortifera pascua dilaberentur. Quo igitur cautius Fideles curae Nostrae concrediti profana, et vaniloquia devitent, quae proficiunt ad impietatem; constantesque maneant huic unitatis Cathedrae devincti (hh), in qua Petrus adhuc velut in propria Sede vivit, et praesidet, ac praestat quaerentibus Fidei veritatem; neve in hanc fraudem induci se patiantur, ut putent ambitione extortum, aut ignorantia, vel adulatione delatum, aut pravis artibus quaesitum, quod Christi est ordinatione constitutum: Nos memoratum Opusculum e Germanico idiomate in latinum translatum, complurium in Sacra Theologia Magistrorum examini subici mandavimus, quorum habitis consultationibus, auditisque suffragiis Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium in tota Republica Christiana adversus haereticam pravitatem Generalium Inquisitorum coram Nobis adstantium, motu proprio, et ex certa scientia, deque Apostolicae potestatis plenitudine, antedictum libellum, cujus titulus latine: „ Quid est Papa ? „ cum dispensatione „ Caesareae Regalis censurarum commissionis ob appositionem nominis „

(hh) S. Petrus Chrysol. Epist. ad Eutychem.

Viennae apud Iosephum Edlen de Kurzbeck 1782. Graece vero *τὸ ἐστὶν ὁ πάπας* tanquam continentem propositiones respective falsas, scandalosas, temerarias, injuriosas, ad schisma inducentes, schismaticas, erroneas, inducentes in haeresim, haereticas, et alias ab Ecclesia damnatas reprobamus, damnamus, ac pro reprobato, ac damnato in perpetuum haberi volumus, atque decernimus.

Praecipimus insuper, ne quisquam ex Christifidelibus, cujuscumque gradus, et dignitatis, quamvis specialissima nota dignis, libellum praedictum jam typis editum, sive manu conscriptum, vel in suo originali, vel in quacumque alia versione legere, retinere, vel denuo imprimere, seu imprimi facere audeat, aut praesumat sub poena suspensionis a divinis quantum ad Personas Ecclesiasticas; quantum vero ad Personas Saeculares sub poena excommunicationis majoris ipso facto absque alia declaratione incurrendis, quarum absolutionem, et respective relaxationem Nobis, et Successoribus Nostris Romanis Pontificibus reservamus, excepto dumtaxat, quoad Excommunicationem praedictam, articulo mortis, quo nimirum quilibet Confessarius ab hujusmodi censura, ut praefertur, incursa absolvere poterit.

Mandamus quoque Bibliopolis, ac Typographis, caeterisque omnibus, et singulis cujuscumque gradus, conditionis, et dignitatis, Personis Ecclesiasticis, et Saecularibus, etiamsi speciali, et individua mentione indigeant, ut quatenus praedictus Libellus vel in suo originario, vel in quocumque Idiomate impressus, vel etiam manuscriptus, ad eorum manus devenerit, statim deferre illum teneantur Ordinariis locorum sub eisdem suspensionis a Divinis comminatis poenis, ac respective Excommunicationis (6).

Ut autem eadem praesentes Litterae ad omnium notitiam facilius perducantur, nec quisquam illarum ignorantiam praetexere possit, volumus, et mandamus, illas ad valvas Basilicae Principis Apostolorum,

(6) Horridum dictu est, Florentinos Ephemeridum scribillatores earum, quas totas Antiecclesiasticas tamen *Annali Ecclesiastici* inscribunt, quasi non satis adhuc bonis omnibus doloris, Ecclesiaeque offensionis attulissent, nuperime furore percitos aggressos esse Sceleratum Eybelii libellum defendere,

Pontificis autem Maximi litteras, quibus damnatus ac proscribitus est, palam, ac sine dissimulatione oppugnare, impudentissima hac insolentia scandali mensuram implentes. Sed bene habet, quod docti, ac Catholici viri opera os eorum sacrilegum, audio, propediem verberatum iri.

et Cancellariae Apostolicae, necnon Curiae Generalis in Monte Citatorio, et in acie Campi Florae de Urbe per aliquem ex Cursoribus Nostris, ut moris est, publicari, illarumque Exempla ibi affixa relinqui: sic vero publicatas perinde afficere omnes, et singulos, quos concernunt, ac si unicuique illorum personaliter notificatae, et intimatae fuissent: Ipsarum autem Litterarum praesentium transumptis, seu exemplis etiam impressis, manu alicujus Notarii publici subscriptis, et sigillo Personae in Ecclesiastica Dignitate constitutae munitis, eandem fidem tam in Judicio, quam extra illud ubique locorum haberi, quae iisdem praesentibus haberetur, si forent exhibitae, et ostensae. Datum Romae apud Sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris die 28. Novembris 1786. Pontificatus Nostri anno duodecimo.

B. Mariscottus Pro-Secretarius.

Anno a Nativitate Domini N. JESU CHRISTI Millesimo septingentesimo octuagesimo sexto, Indictione quarta, die vero prima Decembris, Pontificatus autem Sanctissimi in Christo Patris, et D. N. D. PII Divina Providentia PAPAE VI. Anno Duodecimo, supradictae Litterae Apostolicae affixae, et publicatae fuerunt ad valvas Basilicae Principis Apostolorum, Cancellariae Apostolicae, locis solitis, et consuetis Urbis, per me Petrum de Ligne Apostolicum Cursorem, Curiae Generalis in Monte Citatorio, et in acie Campi Florae, ac in aliis.

Nicolaus Marini Magister Cursor.



APPENDIX

Table with 2 columns: Page number and Title. The page numbers are listed on the right side of the page, and the titles are listed on the left side. The page numbers are: VI, 12, 13, 14, 15, 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22, 23, 24, 25, 26, 27, 28, 29, 30, 31, 32, 33, 34, 35, 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, 45, 46, 47, 48, 49, 50, 51, 52, 53, 54, 55, 56, 57, 58, 59, 60, 61, 62, 63, 64, 65, 66, 67, 68, 69, 70, 71, 72, 73, 74, 75, 76, 77, 78, 79, 80, 81, 82, 83, 84, 85, 86, 87, 88, 89, 90, 91, 92, 93, 94, 95, 96, 97, 98, 99, 100.

ERRATA

CORRIGE

Pag. 2.	not. 2.	lin. 8.	Colem	Coleto
	not. 6.	lin. 2.	. ol.	col.
3.	not. col. 1.	lin. 3.	Menochii	Menochii
		lin. ult.	Trid.	Frid.
4.	not. 12.	lin. 4.	Theologicis	Theologicis,
5.	not. col. 1.	l. 24.	Casanatenensent	Casanatenensent
	col. 2.	l. 14.	Opusculi	Opuscoli
		l. 15.	d'Alto	d'Atto
7.	not. 22.	col. 1.	l. 7.	reprobatis: et
		l. 21.	22.	atque adeo,
		col. 2.	l. 22.	ujusmodi
8.	col. 1.	lin. 25.	scriprip	cujusmodi
		lin. 27.	Noaveau	scripti
		lin. 31.	Evangile	Nouveau
	col. 2.	lin. 26.	paenis	Evangile
9.	not. col. 1.	lin. 4.	vereri	poenis
	col. 2.	lin. 7.	Bracali	revereri
11.	not. 27.	col. 1.	pen.	Bracali
		col. 2.	lin. 15.	querulosi
17.	not. col. 1.	lin. 1.	eorum	. Noi
30.	col. 2.	lin. ult.	accessimus	earum
37.	col. 1.	lin. 21.	T. P	accepimus
	col. 2.	lin. 22.	impresso	I. P.
	col. ead. 1.	penult.	scriptione	impressa
38.	col. 1.	lin. 3.	mandato S. D. R.	inscriptione
	col. 2.	lin. 14.	Gourlinus Catechismi	mandato S. D. R.,
39.	not. 9.	lin. 4.	unica	Gourlinus enim Catechismi
40.		lin. 6.	: semel	unica,
		lin. 23.	stella	semel
42.	not. 6.	lin. 5.	incoatum	stella a stella
	not. 9.	l. penult.	et Petavius	incoatum
43.	not. 12.	lin. 2.	An. 1625.	et Petavius
45.	not. 6.	lin. 2.	Tom	An. 1653.
46.		lin. 14.	in studio	Tom.
47.	not. 3.	col. 2.	l. 2.	in studio
				Disserr.
65.	not. 4.	lin. 1.	Haebraeos	Disserr.
69.	not. 7.	lin. ult.	col. 425.	Hebraeos
70.	col. 2.	lin. 5.	allatam	col. 415.
71.	col. 2.	lin. 21.	sciverint	allatum
77.	not. 12.	lin. 3.	Aphardocetas	siverint
79.		lin. 2.	distintaeque	Aphardocetas
	not. 22.	lin. 1.	Concilium	distintaeque
83.		lin. 19.	et titulo	Concilium
92.		lin. 21.	subpanis	et (sic) titulo
	not. 1.	lin. 3.	Parvulorum	sub panis
97.	col. 1.	lin. 6.	Ex quo	et Parvulorum
104.	col. 1.	lin. 2.	grammaticae	, ex quo
		lin. 9.	quod	grammaticae
		lin. 32.	Theologicis	quod
	col. 2.	lin. 1.	Disertazione	Theologicis
106.	col. 2.	lin. 7.	Quaestiones	Disertazione
111.		lin. 15.	ex	Quaestiones
	e not. 42.		XXII.	ex-
				XII.

APPENDIX

Pag. I.	not. 3.	lin. 3.	Pistoriè	Pistoriensium
III.	col. 2.	lin. 8.	Van Diedye	Van Dendye
IV.	not. 6.	lin. 4.	Giasenismo	Giasenismo
		lin. 12.	imprudentes	impudentes
		lin. 19.	. Nos	, Nos
		lin. 25.	universos	universos
VI.	not. 4.	lin. 3.	de le	de la
		lin. 14.	memorato	memorato

ERRATA

CORRIGE

		lin. 18.	retinentium	renitentium
VII.	col. 1.	lin. 6.	sanam	ad sanam
		lin. 15.	querimus	quaerimus
IX.	col. 1.	lin. 33.	obscuratis	obscuritatis
XI.	col. 1.	lin. 5.	Assiensis	Assisiensis
XIV.	col. 1.	lin. 1.	prefecto	profecto
XVI.		lin. 3.	alliis	aliis
XVII.	not. 5.	lin. 1.	Met	not.
		lin. 26.	modestiam	molestiam
XVIII.		lin. 28.	audaciam	audaciam
XX.		lin. 16.	Diviuitus	Divinitus
		lin. 3.	Francorum	Francorum
		lin. 5.	exercituunn	exercituum
	col. 1.	lin. 16.	rependu	repandu
		lin. 18.	Francois	Francois
		lin. 23.	Amien	ancien
XXI.	col. 2.	lin. 6.	recommandable	recommandable
	col. 1.	lin. 8.	sousdite	susdite
XXII.	col. 1.	lin. 15.	reflexions	Reflexions
		lin. 4.	Libraites	Libraires
		lin. 6.	corporelles	corporelle
XXIII.	col. 2.	lin. antepen.	Bremandius	Bremondius
		lin. 12.	ostensionem	offensionem
XXIV.	ol. 2. not. a.	lin. 1.	Bulla Mirabilis	Bulla Mirabilis
		lin. 2.	intensas	intentratas
		lin. 12.	distentiones	dissensiones
	col. 1.	lin. 9.	Romanorum	Romanorum
		lin. 11.	obedietiam	obedientiam
XXVIII.	col. 2.	lin. ult.	Iustorum	Iustorum
XXIX.		lin. 24.	par e	parte
		lin. 7.	Germanice	Germanice
XXXI.		lin. 25. sq.	Virgineem	Virgineum
XXXII.	col. 1.	lin. 10.	Isebiehl	Isebiehl
		lin. 9.	hujusmodi	hujusmodi
XXXIV.		lin. 37.	extremo	extremo
XXXV.		lin. 4.	Coelestius	Coelestino
XXXVII.		lin. 6.	Latinae	Latine
XXXVIII.	col. 1.	lin. 4.	fraudolenta	fraudulenta
		lin. 15.	Caritare	Caritate
	col. 2.	lin. 8.	humilitae	humilitate
XXXIX.		lin. penult.	Act.	Art.
		lin. 14.	reddunt	reddant
		lin. 22.	scsipselit	scripserit
XL.	col. 1.	lin. 1.	Apostnl.	Apostol.
XLI.	col. 2.	lin. 10. sq.	Ecclesiae	Ecclesiae
XLII.		lin. 23.	caeperit	coeperit
		lin. 1.	conjugeret	conjungeret
		lin. 8.	nimirum	nimirum
XLIII.		lin. 27.	Auriculari	Auriculari
		lin. 7.	vel quat-	ut qua-
XLIV.		lin. 23.	Decrero	Decreto
		lin. 9.	quarto	octuagesimo quarto
XLVII.		lin. penult.	confirmare	confirmare
XLVIII.		lin. 26.	scientiae	scientiae
		lin. 6.	fundet	fundat
L.		lin. 13.	contulationibus	consultationibus
LV.		lin. 16.	defensum	defensum
LVII.	col. 2.	lin. 1.	bonarum	bonarum
LX.		lin. 9.	Dioceri	Dioecesi
		lin. 11.	quocquor	quotquot
LXII.		lin. 16.	Calcedonenses	Chalcedonenses
		lin. 8.	Cristi	Christi
LXIII.		p. ead. sq.	vouit	voluit
LXIV.		lin. penult.	propiora	propiora
		lin. 5.	humanum	humanum

CORRIGE

ERRATA

repositum	lin. 10.	col. 1.	VII
repositum	lin. 11.	col. 1.	VIII
repositum	lin. 12.	col. 1.	IX
repositum	lin. 13.	col. 1.	X
repositum	lin. 14.	col. 1.	XI
repositum	lin. 15.	col. 1.	XII
repositum	lin. 16.	col. 1.	XIII
repositum	lin. 17.	col. 1.	XIV
repositum	lin. 18.	col. 1.	XV
repositum	lin. 19.	col. 1.	XVI
repositum	lin. 20.	col. 1.	XVII
repositum	lin. 21.	col. 1.	XVIII
repositum	lin. 22.	col. 1.	XIX
repositum	lin. 23.	col. 1.	XX
repositum	lin. 24.	col. 1.	XXI
repositum	lin. 25.	col. 1.	XXII
repositum	lin. 26.	col. 1.	XXIII
repositum	lin. 27.	col. 1.	XXIV
repositum	lin. 28.	col. 1.	XXV
repositum	lin. 29.	col. 1.	XXVI
repositum	lin. 30.	col. 1.	XXVII
repositum	lin. 31.	col. 1.	XXVIII
repositum	lin. 32.	col. 1.	XXIX
repositum	lin. 33.	col. 1.	XXX
repositum	lin. 34.	col. 1.	XXXI
repositum	lin. 35.	col. 1.	XXXII
repositum	lin. 36.	col. 1.	XXXIII
repositum	lin. 37.	col. 1.	XXXIV
repositum	lin. 38.	col. 1.	XXXV
repositum	lin. 39.	col. 1.	XXXVI
repositum	lin. 40.	col. 1.	XXXVII
repositum	lin. 41.	col. 1.	XXXVIII
repositum	lin. 42.	col. 1.	XXXIX
repositum	lin. 43.	col. 1.	XL
repositum	lin. 44.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 45.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 46.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 47.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 48.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 49.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 50.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 51.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 52.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 53.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 54.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 55.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 56.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 57.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 58.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 59.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 60.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 61.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 62.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 63.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 64.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 65.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 66.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 67.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 68.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 69.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 70.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 71.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 72.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 73.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 74.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 75.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 76.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 77.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 78.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 79.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 80.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 81.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 82.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 83.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 84.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 85.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 86.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 87.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 88.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 89.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 90.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 91.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 92.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 93.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 94.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 95.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 96.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 97.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 98.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 99.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 100.	col. 1.	XLVII

IMPRIMATUR,

Si videbitur Rmo Patr. Sacr. Palat. Apost. Magist.
 Franc. Xaverius Passeri Archiep. Larisien.
 ac Vicesgerens.


IMPRIMATUR,

Fr. Thomas Maria Mamachus Ord. Præd. S. P. A. Mag.

Z BIBLIOTEKI
 SEMENARIUM
 SANDOMIERSKIEGO

repositum	lin. 101.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 102.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 103.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 104.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 105.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 106.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 107.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 108.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 109.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 110.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 111.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 112.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 113.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 114.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 115.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 116.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 117.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 118.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 119.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 120.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 121.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 122.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 123.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 124.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 125.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 126.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 127.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 128.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 129.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 130.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 131.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 132.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 133.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 134.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 135.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 136.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 137.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 138.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 139.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 140.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 141.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 142.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 143.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 144.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 145.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 146.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 147.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 148.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 149.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 150.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 151.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 152.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 153.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 154.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 155.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 156.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 157.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 158.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 159.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 160.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 161.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 162.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 163.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 164.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 165.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 166.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 167.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 168.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 169.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 170.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 171.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 172.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 173.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 174.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 175.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 176.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 177.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 178.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 179.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 180.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 181.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 182.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 183.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 184.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 185.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 186.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 187.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 188.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 189.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 190.	col. 1.	XLVII
repositum	lin. 191.	col. 1.	XLVIII
repositum	lin. 192.	col. 1.	XLIX
repositum	lin. 193.	col. 1.	XLX
repositum	lin. 194.	col. 1.	XLI
repositum	lin. 195.	col. 1.	XLII
repositum	lin. 196.	col. 1.	XLIII
repositum	lin. 197.	col. 1.	XLIV
repositum	lin. 198.	col. 1.	XLV
repositum	lin. 199.	col. 1.	XLVI
repositum	lin. 200.	col. 1.	XLVII







00033676

